Ich fand diese Alge schon vor länger als 10 Jahren bei Dessau und theilte sie dem verstorbenen Professor Sprengel mit, der sie in seinem Syst. veg. aufnahm. In Karlsbad bildet sie eine ziemlich starke aber lockere und schaumige dunkelgrüne Masse, welche aus einem ungefärbten Schleim mit rosenkranzartigen grünen Fäden besteht. Diese sind Anfangs zu Ringen zusammen gebogen, welche entweder einfach sind oder mehre Spiralwindungen haben (a.), dehnen sich aber bald aus und strecken sich endlich ganz gerade. (b.) Die ungleich grossen Kügelchen aus denen die Fäden bestehen, enthalten ein grünes körniges Mark, das eine oder zwei Reihen stärkerer Körner zeigt, welche die Mitte der Kügelchen durchschneiden, und die wie bei den Scheibchen der Oscillatorien auf eine Theilung hindeuten, die man bei den grössten der Kügelchen genauer beobachten kann. Diese haben erst eine vollkommene Kugelgestalt, bald aber nehmen sie eine mehr länglich elliptische an, worauf dann die Trennung erfolgt, indem eine solche längliche Kugel auseinander reisst und beide Hälften wieder eine vollkommene Kugelform annehmen. Bei schnell vegetirenden Exemplaren haben sämmtliche Kügelchen eine fast viereckige Gestalt und deutliche Trennungslinien. (c.) Diese Varietät nannte Agardh Sphaerozyga Jacobi indem er den sie umhüllenden der Gattung angehörigen Schleim nicht berücksichtigte. Oft sieht man die Kügelchen deutlich von einander abgesondert und dennoch gemeinschaftlich dem künstlich bewegten Faden folgen, dieses scheint mir von einem dickern Schleim herzurühren, der aus dem Innern der Kügelchen bei der Trennung heraustritt und sie auch noch in gewissen kleinen Entfernungen verbindet. (d). Ich glaube mich überzeugt zu haben, dass wenigstens kein häutiger Ueberzug der Kügelchen hiervon die Ursache ist. Die hierzu gehörigen Abbildungen sind mit 250 m. V. gemacht.

Pflanzen-Missbildungen,

gesammelt

von

D. F. L. v. Schlechtendal.

TROPAEOLUM MAJUS.

Schon mehrfach sind abweichende Blumenformen von dieser Gartenpflanze beschrieben, doch sind die nachfolgend verzeichneten schon deswegen zu bemerken, weil sie Abweichungen in Form und Farbe an verschiedenen Blumen desselben sonst normal gebildeten Stocks darstellten. Es war die Varietät mit braunen Blumen, welche im November mit normal gebildeten und braunen Blumen auch andere, theils abnorm gebildete, theils normale aber zur gewöhnlichen Farbe zurückkehrende zeigte, Hr. Handelsgärtner Krause hierselbst hatte die Güte sie mir mitzutheilen. Wir wollen einige der Blumen beschreiben: 1) Kelch regelmässig, gespornt, die 2 seitlichen Kelchblätter neben dem unpaaren auf der innern Seite mit braunen Nerven; die 5 Blumenblätter wie gewöhnlich gelb, aber die 2 obern mit 7 braunen nicht verästelten Nerven. — 2) Kelch aus 6 ganz regelmässigen Blättern, ganz ohne Spornen; Blumenblätter 6, ganz gleich, mit langem Nagel und rundlicher nach dem Grunde gefranster Platte (wie sonst die drei unteren nur zu sein pflegen), gelb, in der Mitte der Platte bei dreien aber wie angeschmutzt oder getrübt, als wenn mit einem russigen Finger aufgefasst wäre; Staubgefässe 11, von ihnen eines um die Hälfte kleiner als die andern; Fruchtblätter 4, mit 4 Narben, in allen Ovula. — 3) Kelchblätter je 2 und 2 mit einander bis auf einen kleinen Spalt verwachsen, jedes dieser neben einander stehenden Paare mit einem kleinen kurzen Sack, als Versuch zum Sporn; von den braunen Blumenblättern eins vollständig ausgebildet, von den übrigen nur die 2 nächsten angedeutet, das eine als ein an der Spitze hakenförmig gekrümmter Staubfaden, das andere als eine kurze pfriemliche Staubfaden ähnliche Spitze; Staubgefässe 8, normal; Fruchtblätter 4 mit 4 Narben.

ECHIA CAPENSIA

DISPOSUIT

H. W. BUEK

MED. DR. HAMBURGENSIS.

Inter plantas ab amicissimo Ecklonio lectas, quas mihi accuratius inspicere licuit, Campanulaceas nempe et Borragineas, genus Echium, specierum tum numero quam elegantia certe non ultimum tenet locum. De elegantia nihil dicam; genus Echiorum in universum pulchritudine et ornatu florum inter plantas asperifolias excellere notissimum est, et species capenses a reliquis minime isto splendore superantur; numerus vero specierum, quo genus illud in regione capensi gaudet, jam ex Illustr. Thunbergii temporibus satis magnus, recentioribus Ecklonii et Zeyheri per illam terrarum plagam institutis peregrinationibus maximopere est auctus. Linnaeus 4 tantum Echia capensia noverat, *E. fruticosum*, *argenteum*, *spicatum* et *capitatum*; Celeb. Thunbergius 12 nova addiderat: *E. angustifolium* (E. Swartzii Lehm.), *laevigatum*, *glabrum* (E. glaucophyllum Pers.), *trichotomum*, *hispidum*, *strigosum*, *verrucosum*, *incanum* (?) *paniculatum*, *caudatum*, *scabrum* et *trigonum*; Amicissimus *Lehmann* (in monographia Asperifoliarum et in Linnaea Tom. V.) 5, et si genus affine et certe non separandum: *Lobostemon* addimus, 6 adjunxit: *E. formosum*, *glabrum*, *sphaerocephalum*, *rosmarinifolium*, *lucidum*, et

Lobostemon echioides; inter haec autem, quae mihi a Celeb. Ecklon determinanda sunt tradita alia 16 nova reperiuntur. Ego autem neque numero neque elegantia specierum, quae etiam in multis aliis generibus capensibus inveniuntur, ut in his pagellis accuratiorem Echiorum capensium darem descriptionem, adductus sum, sed nova hucusque eaque, ni fallor, non levissimi momenti observatione. Omnia enim Echia capensia a reliquis hujus generis speciebus singulari florum forma ita recedunt, ut ab Echiis sejungi et novum genus constituere debeant, cui nomen *Lobostemon* optime conveniens et a Clariss. Lehmann jam adoptatum reservandum esse putavi. Videtur vero ista sejunctio eo majore jure instituenda, quum geographicis rationibus omnino respondeat; est enim genus *Lobostemon* capense et extra regionem capensem non reperitur, genus *Echium* vero reliquis terrae plagis proprium nullis speciebus in Africa australi occurrit; singulare quidem e familia Asperifoliarum exemplum, quum reliqua genera, quae in flora capensi occurrunt; *Heliotropium*, *Myosotis*, *Echinospermum*, *Cynoglossum*, *Trichodesma*, *Anchusa*, *Lycopsis*, *Lithospermum*, *Ehretia* et *Tournefortia* singulis tantum speciebus reperiantur, vel immo speciebus in aliis regionibus simul repertis, e. g. *Heliotropium supinum*, *canescens* et *curassavicum*, *Myosotis sylvatica*, *Cynoglossum lanceolatum* etc. Differt autem genus *Lobostemon*, quale a Celeb. Lehmann in *Linnaea* Tom. V. p. 378 constitutum est, nullo modo ab Echio, nisi „*corollae fauce instructa fornicibus erectis dorso staminiferis*;" eadem vero formatio in pluribus aliis speciebus capensibus reperitur, et in reliquis omnibus stamina non quidem fauci sed tubo corollae inserta, tamen eodem modo ex fornicibus erectis fimbriatis originem ducunt. Lehmannus ipse jam animadvertit, *Echii capitati* et *sphaerocephali* stamina fauci inserta et ad basin membrana pilosa fimbriata esse cincta, *Echii* autem *fruticosi*, *argentei*, *glaucophylli* et *glabri* stamina basi hirsuta vel pilosa reperiri; accuratius vero, quod mihi instituere licuit, specierum capensium examen, omnes reliquas in eadem formatione convenire me docuit. Genus *Stomotechium* Lehm., regioni capensi quoque proprium, mihi vero ignotum, quum inter plantas Ecklonianas non reperiatur, et in Herbario Lehmanniano quod celeb. possessor benevolentissime mecum communicavit, non existat, Lehmanno duce praeter nuces basi perforatas (quum in Echiis imperforatae sint) „corollae fauce clausa fornicibus subrotundis carnosis muricatis" a genere Echio diversum, cum genere nostro fortassis esset conjungendum, nisi Lehmannus expresse adderet: filamenta *brevissima medio tubo* adnata, unde sequitur, stamina non ex fornicibus istis originem ducere. Picta delineatio, quam in Herbario Lehmanniano reperi, uti videtur accuratissime ex exemplari Thunbergiano facta, fornices in fauce corollae praebet non multo diversos ab his, quos in genere *Lobostemon* reperies, sed stamina brevissima e tubo orta, nullo modo cum fornicibus cohaerentia atque ne antheris quidem ad illos attingentia. Genus *Lobostemon* vero, cui omnia Echia capensia, excluso *Stomotechio papilloso*, subjungere velim, ab reliquis asperifoliarum generibus praesertim fornicibus *staminiferis*, sive in fauce sive in tubo corollae reperiundis, vel ut accuratius dicam, staminibus ad basin membrana fimbriata, triangulari forma erecta, cinctis distinguendum esse videtur. Genus *Echium*, ceterum cum illo omnino conveniens, corolla fornicibus staminiferis destituta, vel staminibus ad basin nudis differt. In illis, quae mihi accuratius examinare licuit, Echiis veris (non capensibus), stamina ad basin paululum quidem incrassata, sed absque ullo tegumento tubo corollae sunt inserta.

Quibus praemissis ad ipsam generis nostri descriptionem transeamus.

LOBOSTEMON Lehm.

(a graecis *Λοβος* et *στημων*.)

Genus Africae australi proprium, inter Stomotechium et Echium ponendum.

Character:

Calyx quinquepartitus.

Corolla infundibuliformis, rarius tubulosa, saepissime irregularis.

Stamina ad basin membrana fimbriata cincta, filamenta singula triangulo vel fornice lanceolato albo-lanuginoso erecto tegente.

Nuces quatuor uniloculares, fundo calycis affixae, basi imperforatae.

a) STAMINIBUS TUBO COROLLAE INSERTIS.

(omnes fruticosi.)

α. *Staminibus e fundo corollae ortis.*

1. *Lobostemon formosus* m. Echium formosum Pers. E. tubiferum Poir. E. grandiflorum Desf.
Lehmann Asperifol. p. 418.

L. caule superne ramoso glabro, foliis subamplexicaulibus lanceolatis acutis supra papilloso-scaberrimis subtus glabris margine spinulosis, racemis subcymosis bracteatis, corolla tubulosa longissima, staminibus e fundo tubi ortis membrana villosa tectis primo tubo adnatis postea liberis.

In locis humidis (altit. I.) prope „Hottentottshollandskloof" (Stellenbosch) Septb.

2. *Lobostemon montanus* m. n. sp.

L. caule ramoso tomentoso, foliis sessilibus semiamplexicaulibus subdecurrentibus patentibus lanceolatis utrinque attenuatis sericeo-tomentosis, racemo terminali glomerato foliis superioribus breviore, floribus brevi-pedicellatis, corolla magna subaequali, laciniis obtusis, calycis hispidi laciniis lanceolatis longissimis, staminibus corolla parum longioribus e fundo tubi ortis membrana villosa tectis primo tubo adnatis postea liberis.

In locis lapidosis intra frutices (altit. I. II.) ad radices montium Tafel- et Leeuwenberg" (Cap.) Septbr. — Frutex habitu Proteae argenteae haud dissimilis.

3. *Lobostemon Sprengelianus* m. n. sp.

L. caule ramoso tomentoso, foliis elliptico-lanceolatis acutiusculis sericeo-tomentosis infra nervosis margine punctis callosis albis scabro, racemo terminali folioso, spiculis pedicellatis axillaribus, floribus sessilibus, corolla subaequali, laciniis obtusis, calyce pilis longis albis setoso-hispido, laciniis lanceolatis acuminatis longissimis, genitalibus inclusis, staminibus e fundo tubi ortis membrana villosa tectis primo tubo adnatis postea liberis.

In latere orientali montis „Tafelberg" prope „Clasenbosch" (alt. III.) (Cap.) Septbr. Duo tantum exemplaria eaque manca adsunt.

β. Staminibus e medio corollae tubo ortis.

4. *Lobostemon argenteus* m. Echium argenteum L. E. fruticosum Jacq. E. ferox Pers. E. ferocissimum Andr. Lehmann Asperif. p. 421. Thunberg fl. capens. p. 166.

L. caule ramoso ramisque subsericeis incanis superne hispidis immo aculeatis, foliis sessilibus, *inferioribus* lanceolatis acutis sericeo-pilosis, *floralibus* brevioribus ovatis immo cordatis margine et costa setoso-aculeatis, floribus sessilibus alternis spicam simplicem foliosam terminalem formantibus, corolla inaequali, staminibus e medio tubo ortis.

Inter frutices montium (alt. II. III.) provinciarum „Cap et Worcester" Sept. — Nov.

5. *Lobostemon Zeyheri* m. Echium Zeyheri Eckl. MS.

L. caule ramoso ramisque incano-tomentosis, foliis numerosis semiamplexicaulibus subspatulatis basi attenuatis versus apicem latioribus acutiusculis, apice recurvato, sericeo-villosis, argenteis aveniis, nervo medio crassiusculo, floribus alternis sessilibus spicam subsimplicem foliosam terminalem formantibus, foliis floralibus foliis ceteris similibus acutioribus inermibus, corolla magna inaequali, calycibus inaequalibus sericeis, staminibus inclusis e medio tubo ortis.

In terra limosa montis „Winterhoeksberg" altit. II. III. (Uitenhage) Sept. Medius inter *L. argenteum* et *fruticosum*, illi inflorescentia, huic foliis similis, a priori foliis floralibus inermibus praesertim diversus.

6. *Lobostemon fruticosus* m. Echium fruticosum L. E. africanum Pers.

Lehmann Asperif. p. 420. Icones novarum stirpium etc. Tab. 38. Thunberg l. c. p. 165.

L. caule ramoso ramisque incano-tomentosis, foliis lanceolato-spatulatis acutiusculis rarius obtusiusculis crassis utrinque sericeo-tomentosis vel margine punctis albis elevatis scabriusculis vel utrinque punctis albis scaberrimis, spicis terminalibus bipartitis bracteatis, bracteis subfalcatis, floribus secundis erectis, corolla magna inaequali, laciniis obtusis rotundatis, calycibus hirsutis subaequalibus, staminibus e medio tubo ortis vix exsertis.

In locis lapidosis inter frutices montium (altit. II. III.) prope urbem „Capstadt" et prope „Groenekloof." (Cap.) Sept. — Octob.

Echium scabrum Thunb. l. c. p. 166. *Lehmann* Asperif. p. 419. inter plantas Ecklonianas non occurrit. Reperi quidem inter exemplaria Lobostemonis fruticosi, plantae polymorphae, nonnulla cum decriptione Lehmanniana propemodum convenientia, ab icone vero ab illo ex exemplari Thunbergiano data (Iconum Tab. 35) plane diversa. Planta, quae isto nomine in Herbario Lehmanniano reperitur est Lobostemon fruticosus foliis scaberrimis, punctis nempe callosis undique tectis, varietas ab ista specie certe non separanda, quum transitus optime demonstrari possit.

7. *Lobostemon Thunbergianus* m. n. sp.

L. caule lignoso ramoso, ramis tomentosis, foliis subimbricatis vix pollicaribus subcanaliculatis ovato-lanceolatis obtusis rarius acutiusculis utrinque e punctis callosis albis, quibus pili longi insident, scabris vel pilis adpressis absque punctis callosis, strigosis, spiculis terminalibus bipartitis, floribus brevipedicellatis secundis erectis, bracteis ovato-lanceolatis foliis similibus, corolla magna inaequali extus vix pilosa, tubo brevi, laciniis rotundatis, laciniis calycinis lanceolatis acutis punctato-strigosis, staminibus inclusis e medio tubo ortis.

In collibus „Karroo" similibus (altit. II.) prope flumen „Zwartkopsrivier" et prope „Port Elisabeth" (Uitenhage) Octob.

Planta a descriptione Thunbergiana *Echii scabri*, quo nomine etiam ab Ecklonio et Zeyhero prius erat nuncupata, haud ita abhorrens, nullo modo cum icone Lehmanniana (Tab. 35) conveniens, foliis potius ad sequentem speciem accedens, a qua tamen foliis differt planioribus, corolla majori extus subglabra tuboque breviori latiori. *Echium scabrum* Thunb. ex his, quae dixi, dubia adhuc species videtur.

8. *Lobostemon trigonus* m. Echium trigonum Thunb. Lehmann Asperif. p. 428. Icon. Tab. 36. Thunberg fl. cap. p. 166.

L. caule ramoso superne ramisque villoso-hispidis, foliis sessilibus subimbricatis canaliculatis oblongo-lanceolatis obtusis utrinque e punctis callosis strigoso-pilosis, spiculis terminalibus paucifloris confertis (interdum multifloris paniculatis), floribus subsessilibus secundis, bracteis ovato-lanceolatis, corolla inaequali extus pilosa, tubo longiore angustiore (quam in praecedenti), laciniis rotundatis, calycis hispidi laciniis lanceolatis obtusis, staminibus inclusis e medio tubo ortis.

In collibus „Karroo" similibus (altit. II.) inter flumina „Coega - et Zondagsrivier" inque montibus „Zuureberge" (Uitenhage) Decemb.

9. *Lobostemon strigosus* m. Echium strigosum Sw. Lehmann Asperif. p. 432. Icon. Tab. 17. Thunberg l. c. p. 164.

L. caule erecto ramoso ramisque erectis foliosis villosis, foliis sessilibus subimbricatis carinatis lanceolatis obtusis utrinque setis albis e punctis callosis ortis strigosis, spiculis terminalibus bipartitis brevibus, floribus brevipedicellatis secundis, corolla magna subinaequali, staminibus corolla longioribus e medio tubo ortis.

Inter frutices locorum lapidosorum montium (altit. II. III.) prope „Rivier zonder Ende," „Hassaquaskloof" et „Puspasvalley" (Swellendam) Sept. Octob.

10. *Lobostemon lucidus* m. Echium lucidum Lehmann Linnaea Tom. 5. p. 374.

L. caule ramoso, ramis simplicibus erectis, foliis sessilibus coriaceis angusto-lanceolatis obtusiusculis glaberrimis lucidis basi ciliatis, spicis terminalibus compositis villosissimis, corolla parva inaequali, calycis profunde 5-partiti laciniis linearibus longissimis villosissimis, staminibus inclusis e medio tubo ortis.

Unicum tantum adest exemplar mancum in monte „Grootvadersbosch" (altit. III.) a Beil. et Mund anno 1825 lectum. (Swellendamm.) Nov.

11. *Lobostemon curvifolius* m. n. sp.

L. caule lignoso ramosissimo ramisque villosis, foliis sessilibus incurvato-erectis carinatis lanceolatis obtusiusculis, apice recurvato, senioribus utrinque pilis patentibus hispidis, junioribus sericeo-canescentibus acutissimis, spicis terminalibus glomeratis paucifloris; corolla calyce duplo longiore, calycis sericeo-canescentis laciniis lanceolatis, staminibus inclusis e medio tubo ortis.

Inter rupes fruticesque montium „Hauhoeksberge” (altit. III.) (Stellenbosch) et in monte „Zwarteberg” (Caledon) Jul.

12. *Lobostemon glaber* m. Echium glabrum Vahl. (non Thunbergii) E. falcatum Lam.

Lehmann Asperif. p. 427. Icon. Tab. 26.

L. caule ramoso glabro, foliis alternis sessilibus angusto-lanceolatis subfalcatis glabris subtus e punctis callosis albis strigosis, supremis pilosis, spicis terminalibus paucifloris foliosis, corolla parva inaequali, calycis pilosi laciniis lanceolatis inaequalibus, staminibus corolla vix longioribus e superiori parte tubi ortis.

In terra camporum limosa (altit. II. III.) prope „Grootepost” et in terra „Zwartland” (Cap) April. atque Sept. Octob.

13. *Lobostemon Swartzii* m. Echium angustifolium Sw. E. Swartzii Lehm.

Lehmann Asperifol. p. 426. Icon. Tab. 16.

L. caule superne ramoso glabro, ramis erectis scabris, foliis alternis sessilibus lineari-lanceolatis acuminatis ad basin attenuatis supra glabris subtus et margine calloso-punctatis, junioribus hispidulis ciliatis, spiculis terminalibus bi-tri-fidis paucifloris bracteatis, corolla parva inaequali, calyce hispido, staminibus exsertis e medio tubo ortis.

In locis arenosis planitiei capensis (Altit. I.) prope „Wynberg" et infra „Constantia" (Cap) Decemb.

14. *Lobostemon glaucophyllus* m. Echium glabrum Thunb. E. laevigatum Lam. E. glaucophyllum Pers. Lehmann Asperif. p. 423.

L. caule ramoso glaberrimo, ramis subflexuosis, foliis sessilibus subcarnosis glaucis lanceolatis acutis glabris margine et costa media subtus punctis albis callosis scabris; spicis paniculatis bipartitis bracteatis, floribus erectis secundis, corolla magna subaequali, calycibus glabris margine calloso-punctatis, staminibus exsertis e superiori parte tubi ortis.

Inter frutices locorum humidiusculorum montium „Tafelberg" „Duyvelsberg" (altit. II—IV.) (Cap) et in valle „Tulbagh" (Worcester) Sept. Octob.

15. *Lobostemon verrucosus* m. Echium verrucosum Sw. Lehmann Asperif. p. 429. Icon. Tab. 37. Thunberg fl. cap. p. 164.

L. caule ramoso, ramis elongatis angulatis canescentibus, foliis sessilibus incumbentibus erectis confertissimis lineari-lanceolatis obtusis subcarinatis pilis adpressis subhispidis subtus papillis setigeris scabris, junioribus glaucis acutioribus supra glabris subtus papillis vix conspicuis scabriusculis; spiculis apice revolutis paniculam terminalem primo confertam post laxiorem formantibus, floribus subsessilibus erectis secundis, corolla inaequali calyce duplo longiori, calyce hirsuto vel pilis patentibus hispido, staminibus exsertis e superiori parte tubi ortis.

In terra limosa inter frutices montium (altit. II.) prope „Tulbaghskloof" et in monte „Winterhocksberg" (Worcester) Sept. Decemb.

15. *Lobostemon acutissimus* m. n. sp.

L. caule ramoso, ramis elongatis angulato-compressis glaberrimis, foliis sessilibus incumbentibus erectis lineari-lanceolatis acutissimis subcarinatis utrinque papillis vix conspicuis rugosis, spiculis paucifloris paniculam terminalem formantibus, floribus brevipedicellatis, pedicellis angulatis incrassatis, corolla inaequali calyce duplo longiori, calycis 5-partiti 5-angularis incani subglabri laciniis papillosis erectis acutis; staminibus exsertis e superiori parte tubi ortis.

Inter frutices locorum lapidosorum montium (altit. II. III.) prope „Tulbaghskloof" (Worcester) Sept.

Priori simile, differt vero foliis acutissimis, pedicellis incrassatis, calycibusque glabris.

b) STAMINIBUS FAUCI COROLLAE INSERTIS.

α. *fruticosi.*

17. *Lobostemon laevigatus* m. Echium laevigatum Thunb. (non Lamark.)

Lehmann Asperifol. p. 424. Icon. Tab. 3. Thunberg l. c. p. 163.

L. caule simplici glaberrimo, foliis sessilibus alternis ovato-lanceolatis glabris margine spinuloso-ciliatis (setis albis distantibus tuberculis callosis insidentibus) spica terminali composita elongata multiflora foliosa, floribus pedicellatis, corolla magna aequali, calyce glabro margine spinuloso-ciliato, staminibus exsertis e fauce corollae ortis.

In montibus (altit. II. III.) prope „Olifantsrivier" et „Brakfontein" (Clanwilliam) Sept.

18. *Lobostemon paniculatus* m. Echium paniculatum Thunb.

Lehmann Asperif. p. 425. Icon. Tab. 23. Thunberg l. l. p. 165.

L. caule ramoso; ramis elongatis superne angulatis pubescentibus, ramulis floriferis hispidis, foliis sessilibus lanceolatis acutiusculis hispidis, margine et costa media spinuloso-ciliatis (ciliis e papillis albis prodeuntibus); floribus subsessilibus axillaribus secundis paniculam laxam bracteatam formantibus, bracteis spinuloso-ciliatis, hispidis, corolla parva aequali (alba) calycis 5-fidi quinqueangularis laciniis erectis acutis spinuloso-ciliatis hispidis, staminibus exsertis e fauce corollae ortis.

Unicum exemplar in regione urbis „Swellendam" a Mundio lectum. (Swellendam) Septemb.

19. *Lobostemon elongatus* m. n. sp.

L. caule ramoso, ramis elongatis superne angulatis pubescentibus, ramulis floriferis pilis longis patentibus mollibus pilosis, foliis sessilibus semi-amplexicaulibus lanceolatis obtusiusculis utrinque punctis albis callosis, quibus pili breves molles adpressi insident, subscabris, floribus sessilibus subsecundis paniculam terminalem coarctatam bracteatam formantibus, bracteis calycibus vix longioribus lanceolatis acutis pubescentibus, corolla parva aequali (violacea) calycis 5-partiti hispidi laciniis lanceolatis acuminatis, staminibus exsertis e fauce corollae ortis.

Duo tantum exemplaria in montibus prope urbem „Swellendam" a Mundio lecta Sept. Octob.

Priori simile, differt vero foliis, bracteis calycibusque minime spinuloso-ciliatis.

20. *Lobostemon diversifolius* m. n. sp.

L. caule ramoso, ramis erectis foliosissimis hirtis, foliis sessilibus, *inferioribus* pollicaribus lanceolatis utrinque attenuatis obtusiusculis subcarinatis papilloso-hispidis, *superioribus*, in ramis floriferis, imbricatis ovato-lanceolatis acuminatis, apice recurvato, 3—4 lineas longis sericeo-canescentibus vel e punctis albis scabris, spicis terminalibus subpaniculatis paucifloris, floribus brevipedicellatis secundis, corolla parva aequali (violacea) calyce vix duplo longiori, tubo angusto, limbo ampliato, calycis quinquefidi hispidi laciniis lanceolatis acuminatis, staminibus exsertis e fauce corollae ortis.

Pauca et manca exemplaria.

In collibus „Karroo" similibus (altit. II. III.) inter „Hassaquaskloof" et „Brederivier" (Swellendam) Sept.

21. *Lobostemon fastigiatus* m. n. sp.

L. caule ramosissimo ramisque *fastigiatis* papilloso-scabris, foliis alternis sessilibus angusto-lanceolatis subfalcatis acutiusculis firmis utrinque praesertim *subtus* papilloso-scabris, spiculis paniculatis bracteatis, bracteis lanceolatis foliis similibus, floribus subsessilibus secundis, corolla parva (violacea) calyce vix duplo longiori, tubo angusto brevi, limbo ampliato, calycis hirsuti laciniis lanceolatis acutiusculis post anthesin patentibus, staminibus longe exsertis e fauce ortis.

In collibus „Karroo" similibus (alt. II.) inter „Kochmannskloof" et „Gauritzrivier" in terra s. d. „Kannaland" (Swellendamm) in „Langenkloof" (Georg) Nov. Dec.

Differt a sequenti cui simile, inflorescentia distincte paniculata, calycibus bracteis et pedicellis minus pilosis, foliisque acutioribus utrinque papillosis.

22. *Lobostemon Lehmannianus.* m. Lobostemon echioides Lehm. Linnaea Tom. 5. p. 378.

L. caule ramoso glabro, ramis divaricatis hirsutis, foliis sessilibus elliptico-lanceolatis obtusis firmis supra glabris subtus praecipue versus apicem marginemque e punctis albis substrigosis, spicis terminalibus coarctatis, bracteis ciliatis subtus pilosis, floribus subsessilibus, corolla parva (violacea) calyce vix duplo longiori, tubo angusto brevi limbo ampliato, calycis hirsuti laciniis elliptico-lanceolatis obtusis, staminibus longe exsertis e fauce ortis.

Unicum Exemplar, in campis (alt. I.) prope flumen „Breederivier" (Swellendam) Nov.

23. *Lobostemon virgatus* m. n. sp.

L. caule erecto ramoso glabro, ramis virgatis, *adultioribus* subaphyllis glabris, *junioribus* simplicissimis foliis ubique tectis pilis adpressis incano-pubescentibus, foliis subimbricatis sessilibus erectis integris subcarinatis lineari-lanceolatis obtusis pilis brevissimis adpressis incano-glaucis supra subglabris subtus et margine papillis raris subscabris, spiculis terminalibus alternis apice recurvatis bracteatis coarctatis capituli formam simulantibus, floribus brevissime pedicellatis secundis, pedicellis bracteisque hispidis, corolla parva (violacea) tubo angusto, limbo ampliato, calycis hispidi laciniis obtusinsculis, staminibus longe exsertis e fauce ortis.

In collibus „Karroo" similibus (alt. II.) inter „Kochmanskloof" et „Gauritzrivier" in terra s. d. „Kannaland" (Swellendam) Nov.

Anne *Echium trichotomum* Thunb. l. c. p. 164! — Cum Tabula 24 Iconum Lehmanni convenit, sed differt foliis subtus et margine papillosis, caule non trichotome-ramoso, spiculis subcapitatis et corolla violacea.

24. *Lobostemon microphyllus* m. n. sp.

L. caule ramosissimo glabro, ramis erectis incano-pubescentibus, foliis sessilibus semiamplexicaulibus subimbricatis ovato-lanceolatis acutiusculis 3—4 lineas longis supra pilis adpressis strigosis subtus praesertim versus apicem calloso-punctatis, spiculis terminalibus alternis ante anthesin capitulum formantibus, post subpaniculatis bracteatis, bracteis foliis similibus, corolla (violacea) calyce triplo longiori, tubo brevi, calycis hispidi laciniis obtusiusculis, staminibus longe exsertis e fauce ortis.

Inter frutices montium (alt. II.) in „Langekloof" (Georg) Decemb.

Distinctissima species habitu Lobostem. sphaerocephalo similis.

25. *Lobostemon capitatus* m. Echium capitatum L. E. hispidum Burm.

Lehmann Asperif. p. 430. Icon. Tab. 27. Thunberg l. c. p. 166.

L. caule ramoso ramisque adscendentibus angulatis pilosis, foliis sessilibus frequentibus lanceolatis utrinque e punctis callosis albis hispidissimis, spiculis terminalibus bracteatis capitulum formantibus, floribus subsessilibus, bracteis piloso-hispidis, corolla parva (rubra) aequali, calycis 5-partiti hispidi laciniis linearibus, staminibus exsertis e fauce ortis.

Unicum exemplar, in montibus (alt. II.) prope „Groenekloof" (Cap.) Oct.

26. *Lobostemon sphaerocephalus* m. Echium sphaerocephalum Vahl. E. capitatum β Lam.

Lehmann Asperif. p. 431. Iconum Tab. 28.

L. caule ramosissimo glabro, ramis adscendentibus villoso-hispidis, foliis sessilibus semiamplexicaulibus alternis subimbricatis lanceolatis obtusis vix unguicularibus supra concavis strigosis subtus convexis calloso-strigosis, callis pilisque albis; spiculis alternis bracteatis capitula globosa terminalia solitaria formantibus, bracteis ciliatis, corolla parva aequali (alba) calyce paulo longiori, calyce piloso, staminibus longe exsertis e fauce ortis.

In terra limosa camporum (alt. I.) prope flumen „Vierentwintigrivieren (Clanwilliam) Sept.

β. herbacea, caulibus simplicibus pluribus ex una radice, spicis terminalibus compositis cylindricis, tegumento ad basin staminum minus perspicuo.

27. *Lobostemon Ecklonianus* m. n. sp.

L. caulibus pilosis incurvato-erectis, foliis radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis ad basin attenuatis subspatulatis acutiusculis, caulinis sessilibus semiamplexicaulibus obtusis, omnibus pilis patentibus punctis callosis albis insidentibus hispidis, spica terminali composita *adolescenti* ovato-oblonga immo subglobosa, *senescenti* spiculis distincte alternis longius pedicellatis interrupta, corolla parva (2 lineas longa) calyce parum longiori aequali, *tubo* latiori limbum vix superanti, laciniis brevissimis rotundatis, calycis albo-tomentosi laciniis obtusis, staminibus exsertis e fauce ortis.

In terra arenoso-limosa (alt. III.) ad „Hottentottshollandskloof" (Stellenbosch) Octob. Novemb.

28. *Lobostemon viridi-argenteus* m. n. sp.

L. caulibus incurvato-erectis ad basin purpurascenti-tomentosis superne incano-tomentosis ad spicam usque valde foliosis, foliis lineari-lanceolatis ensiformibus acutis subglabris pilis brevissimis adpressis sericeis vix tomentosis, *radicalibus* in petiolum attenuatis longissimis (4—5 pollicaribus), petiolis vaginantibus, vagina purpurascenti-tomentosa, *caulinis* semiamplexicaulibus brevioribus decrescentibus et in bracteas transeuntibus, spica lineari-oblonga (2—3 poll. longa 5—6 lineas lata) bracteis interpositis flores vix superantibus, corolla parva aequali (2 lin. longa) tubo angustiore limbo longiore, calycis 5-partiti pilis viride-argenteis villosissimi laciniis longioribus obtusis, staminibus exsertis e fauce ortis.

In locis arenosis (alt. I.) ad radices montium „Piquet-berge" (Stellenbosch) Octob. Calyce multo longiore ab omnibus proximis differt.

29. ***Lobostemon spicatus*** m. Echium spicatum L.

Lehmann Asperif. p. 435. Icon. Tab. 1. Thunberg l. c. p. 165.

L. caulibus incurvato-erectis basi purpurascentibus teretibus superne angulatis pilis longis albis pilosis, foliis lineari-lanceolatis ensiformibus acutiusculis utrinque valde pilosis, pilis longis albis patentibus rarius e punctis callosis ortis, *radicalibus* longissimis (bi-tripalmaribus) petiolatis in petiolum attenuatis, petiolis basi dilatatis membranaceis vaginantibus purpurascenti-tomentosis, *caulinis* sessilibus semiamplexicaulibus decrescentibus et in bracteas transeuntibus (rarioribus quam in praecedenti), spica terminali lineari-oblonga (2—3-poll. longa 5—6-lineas lata) bracteis interpositis flores superantibus acutis foliis similibus, corolla parva (alba) calycem parum superanti subaequali tubo breviori latiori, limbo tubum superanti, laciniis longioribus rotundatis, calycis 5-partiti argenteo-villosi laciniis acutiusculis, staminibus exsertis e fauce ortis basi distincte barbatis.

In terra limosa prope pagum „Sommerset" in „Hottentottsholland" (Stellenbosch) Aug. Sept.

Inter exemplaria Eckloniana uno eodemque loco lecta occurrunt juniora cum Echio spicato L. omnino convenientia, adultiora spicis basi interruptis, foliis calloso-punctatis ad *Echium incanum* Thunb. appropinquantia, et senescentia post anthesin calycibus tantum persistentibus, spicis longissimis linearibus interruptis (vel racemis spicatis linearibus) ab Echio incano Thunb. minime diversa. Quamobrem non dubito Echium incanum (Thunb. fl. cap. p. 164. Lehmann Asperifol. p. 436.) nihil esse nisi Echium spicatum (vel etiam, ut postea dicam, Echium caudatum) statu deflorato. Exemplar Echii incani in Herbario amicissimi Lehmann et icon Lehmanniana (Tab. 33.) secundum exemplar Thunbergianum facta corollis destituta sunt et a nostris exemplaribus senioribus Lobostemi spicati plane non differunt. Ipse Thunbergius nihil dicit de corolla, celeb. Lehmann quidem dicit Echio incano esse corollam coeruleam, sed quum non vivum viderit et omnium hujus indolis Echiorum corollae albidae in senioribus exemplaribus siccatis brunneae fiant, persistentem aliquam et siccam corollam (uti etiam in nostris exemplaribus certe ad E. spicatum referendis interdum reperitur), eum vidisse credo.

30. *Lobostemon splendens* m. n. sp.

L. caulibus incurvato-erectis superne angulatis pilis longis albis pilosiusculis, foliis lineari-lanceolatis ensiformibus obtusis utrinque pilis rarioribus patentibus pilosiusculis interdum glabris vel apicem versus calloso-punctatis, *radicalibus* longissimis in petiolum attenuatis, petiolis basi dilatatis membranaceis vaginantibus purpurascenti-villosis, *caulinis* sessilibus semiamplexicaulibus obtusiusculis in bracteas transeuntibus, spica lineari-oblonga (3—4 poll. longa, 6—8 lineas lata) basi interrupta, bracteis flores vix superantibus subacutis, corolla majori (quam in praecedentibus) (3 lineas longa) aequali calyce duplo longiori, tubo angustiore longiore limbum superante, laciniis rotundatis brevioribus, calycis 5-partiti argenteo-villosi laciniis acutiusculis, staminibus exsertis e fauce ortis basi vix barbatis.

In locis humidis arenosis (alt. I. II.) collium prope „Brackfontein" (Clanwilliam) Aug. Sept.

Priori simillimus sed differt foliis multo minus pilosis, corolla majori tubo praesertim longiori, staminumque tegumento vix perspicuo.

31. ***Lobostemon caudatus*** m. Echium caudatum Thunb. Lehmann Asperif. p. 434. Icon. Tab. 32. Thunberg l. c. p. 165.

L. caulibus elongatis incurvato-erectis villosis superne praesertim argenteo-villosissimis, foliis setaceo-hispidis, pilis albis tuberculis minutis insidentibus prope marginem imprimis frequentibus, *radicalibus* petiolatis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis subcarinatis 4—8-pollicaribus, *caulinis* alternis sessilibus lanceolatis acutiusculis, supremis subulatis basi villosis, spica terminali ovato-oblonga (2—3 poll. longa, pollicem lata) bracteis floribus subbrevioribus in senescentibus spicis tantum perspicuis, corolla calyce vix duplo longiori (majori tamen quam in praecedentibus) tubo angusto limbum superanti, calyce 5-partito argenteo-piloso, staminibus longe exsertis e fauce ortis, tegumento vix perspicuo.

In collibus (altit. II.) prope „Klapmuts" (Stellenbosch) Octob.

Adsunt etiam inter hujus speciei exemplaria uno eodemque loco lecta nonnulla seniora corollis destituta, calycibus incanis pubescentibus, foliis calloso-punctatis incanis et spica longissima lineari interrupta, *Echio incano* Thunb. simillima, certe vero ad hanc speciem referenda, cum exemplaria intermedia non desint.

32. ***Lobostemon latifolius*** m. n. sp.

L. caulibus elongatis (pedalibus) incurvato-erectis angulatis basi subglabris superne pilis albis mollissimis villosiusculis parum foliosis; foliis radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis utrinque attenuatis (medio pollicem et sesquipollicem latis) utrinque punctis albis versus marginem dispositis scabris ceterum glaberrimis, *caulinis* rarioribus sessilibus alternis lanceolatis obtusis hinc inde e punctis callosis pilosiusculis, spica oblongo-ovata, bracteis flores aequantibus, corolla parva calyce vix duplo longiori, tubo breviori et latiori (quam in praecedenti) calyce 5-partito argenteo-villosissimo longiore (quam in praecedenti) staminibus exsertis e fauce ortis vix barbatis.

In terra limosa collium (alt. I. II.) prope „Saldanhabay" (Cap) Aug. Sept.

Anne varietas prioris glabra? differt autem praeter glabritiem foliis latioribus, calyce longiori, corollae tubo breviori latiorique.

33. *Lobostemon eriostachyus* m. n. sp.

L. caulibus incurvato-erectis angulatis pilosis vel argenteo-villosis ad spicam usque foliosissimis, foliis radicalibus petiolatis lanceolatis utrinque attenuatis, *caulinis* sessilibus semi-amplexicaulibus alternis oppositisque lato-lanceolatis obtusis, superioribus frequentissimis brevioribus in bracteas transeuntibus lanceolatas calycibus longiores, spica oblongo-ovata (3 poll. longa $1^1/_2$ poll. lata) bracteis ante anthesin ex villis calycum prominentibus et strobilum referentibus, corolla calyce duplo longiori (majori quam in praecedentibus) subtubulosa (tubo nempe limbo multo longiore) calycibus pedicellisque argenteo-villosissimis pilis sericeis longissimis undique tectis, staminibus longe exsertis e fauce ortis, tegumento vix perspicuo.

In terra limoso-arenosa (alt. I. II.) montis „Blaueberg" et prope „Saldanhabay" (Cap) Octob. Novemb.

Species elegantissima a cl. Thunberg cum Echio caudato juncta, a quo vero differt: caulibus ad spicam usque maxime foliosis, foliis caulinis lato-lanceolatis, calycibus villosissimis et corollae tubo longiori.

Echia capensia Thunbergiana et Lehmanniana quae inter plantas Ecklonianas non reperiuntur, sunt: E. scabrum Thunb. et E. incanum Thunb., utrumque mihi, uti supra dixi, quodammodo dubium, E. trichotomum Thunb. et Echium rosmarinifolium Lehm., quod e manco tantum in Herbario Lehmanniano exemplari mihi notum, quoad staminum ortum accuratius examinare non potui; dubito vero an ad genus Lobostemon sit referendum, habitu potius ad Lithospermum accedit.

ZENKERIA

NOVUM GRAMINUM GENUS E TRIBU FESTUCEORUM.

IN HONOREM CELEBERRIMI *J. C. ZENKER*, PROFESSORIS JENENSIS, MERITISSIMI FLORAE NILAGIRICAE INVESTIGATORIS, DIXIT, GRAMINA IBIDEM LECTA EXAMINARE JUSSUS

C. B. TRINIUS.

(Accedit Tab. III.)

CHARACTER GENERIS.

Panicula jubalis. *Spiculae* biflorae. *Glumae* subaequales, flosculis triplo breviores. *Flosculi* lineari-lanceolati, acuminati, basi pilis stipati, fastigiati. *Valv. inferior* 7-nervis.

ZENKERIA ELEGANS.

Culmus e radice fibrosa erectus, basi foliorum fasciculis aliquot stipatus ibidemque vaginis emortuis et laceris vestitus, cum panicula 10—12-pollicaris, teretiusculus, tenuis quidem tamen satis firmus, simplex, glaber, ad nodos 3—4, quorum 3 inferiores radici proximi, glabros aequus vel levissime tantum geniculatus.

Vaginae striatae, glabrae aut fauce villis aliquot barbulatae: infimae confertae, breves; culmeae internodiis breviores, suprema elongata.

Ligula brevissima, ciliaris.

Folia compresso-, et subsetaceo-convoluta (complanata vix lineam lata), firmula, glabra, fasciculorum et culmea inferiora patentia et pollices 2—4 et ultra longa, supremum adpressum, vix pollicare.

Panicula pollices $2^1/_2$—4 et ultra longa, erecta, pl. min. patens, apice subnutans, nunc tota purpurascens, nunc e sordide albo et purpureo varia. *Axis comm.* tenuis, flexuosulus, glaber. *Radii* aut solitarii et sparsi, aut aliquot conferti et pseudo-verticillati, pertenues, flexuosuli, glabri, non longe supra basin radiolosi; radiolis patulis, parce compositis.

Spiculae in pedicellis glabris solitariae, dum minus apertae sunt lineari-oblongae, lineam cum dimidia et qu. exc. longae, erectae, subherbaceo-membranaceae.

Glumae subaequales (inferiore nonnihil breviori), hiantes, lanceolatae, acutae, uninerves, compressae, glabrae, biflorae flosculis pl. $^2/_3$ breviores.

Flosculi subfastigiati, lineari-lanceolati, uterque callo minuto pilos ipsis $^2/_3$ breviores emittenti insidens. *Valvula inferior* compressa, acuminata, nervis 7 (interdum praeterea uno alterove adventitio et obsoleto) notata, margine pilis aliquot conspersa. *Valv. superior* paulo brevior, latitudinis ejusdem, obsolete biaciculata, dissite binervis, ad nervos inferius pilosa.

Lodiculae squamae 2, oblongae, obtusae, latere exteriori subamplectentes, ovarium aequantes.

Stamina 3. *Filamenta* (juniora) brevissima. *Antherae* lineares. *Ovarium* oblongum, glabrum. *Styli* 2, breves. Stigmata plumosa. *Fructus* ignotus.

Habitat in Indiae orientalis montibus Nilagiri dictis.

Tab. III. f. 1. Spicula.
2. Glumarum altera.
3. Flosculus inferior.
4. Flosculus superior.
5. Valvula inferior.
6. Valvula superior.
7. Squamae Lodiculae.
8. Genitalia.

ECHINOCACTI NOVI DESCRIPTIO, ADJECTIS DE MELOCACTI ET ECHINOCACTI SPECIEBUS QUIBUSDAM ANIMADVERSIONIBUS,

AUCTORE

F. A. G. MIQUEL,

BOTAN. LECTORE ROTERODAMENSI.

(Cum Tabula IV.)

Ex eo tempore, quo post Haworthium Viri Clarissimi *Princeps a Salm-Dyck*, *De Candolle*, *Lehmann*, *Link* et *Otto* plures Melocactorum et Echinocactorum species novas descripserunt, eorumque differentias genericas et specificas rectius stabiliverunt, mirificae hae plantarum formae diligentius a Botanicis sunt observatae.

Quamvis enim *Linnaeus* in Syst. Veg. unam modo Melocacti speciem, sub Cacti Melocacti nomine rimatus sit, plures procul dubio jam eo tempore in Europa aderant, non autem specifice distinctae. Testis nobis sit M. placentiformis *Lehm.*, a *Beslero* in Hort. Eystett. jam a. 1613 delineatus. Sub communi Melocacti nomine in veterum Botanicorum scriptis revera plures species latere, tum ex iconum ipsarum differentia, tum ea adnexis descriptionibus constat. Neque tamen ex his hodie adhuc species adcurate determinari posse credimus. — In appendice ad *R. Dodonaei* stirp. Pemptad., versionis belg. quae prodiit Antverpiae a. 1644, pag. 1422 Melocactus delineatus est, ex insula Majo allatus, magno cephalio et costis, ut videtur, decem instructus, in quibus singulis septem tubercula spinigera adsunt. Quae icon, si veram plantae imaginem exhibet, Melocactum novum obfert. *Clusius* accuratius Melocactum describit, quem ad M. communem referendum esse censeo. (Costae sedecim, in quavis novem tubercula spinigera; in quovis spinae novem, duae ultra pollicem longae; inferiorum tuberculorum fuscae, mediorum albo-castaneae, superiorum cinereae, apicibus subrubellis; cephalium magnum poll. 1 altum, 3 latum; fructus purpureus, seminibus nigris splendentibus. Cacti totius altitudo 12 poll., baseos peripheria 25; superius sensim angustior. Sulci profundi.)

Verum autem Echinocactum fructiferum jam a. 1654 ex America sibi allatum, delineavit et descripsit *Abrahamus Munting*, Botan. Professor Groninganus, in opere cui titulus: Waare Oeffening der Planten. Amsterdam 1672. pag. 414. In vertice e supremis costis orti, duo fructus aderant, et plures exsiccati flores rubri. Fructus satis magni sunt, superius coronati, et omnino cum illis Cereorum comparandi. Costae obtusae, crassae, tuberculatae sunt, ut videtur numero 13. Spinarum fortium 6 — 10, fasciculi omnes tomento cincti sunt. Totius forma semi-globosa est. E. placentiformi *Lehm.* proximus videtur, attamen ab illo diversus, et nondum descriptus. — *Muntingius* Echinomelocactum eum vocavit.

Felicior autem plantas Cacteas cognoscendi occasio mihi oblata est. In hortum scil. botanicum Roterodamensem ante aliquot tempus plures ex India occidentali vivi Cacti sunt allati, quorum complures equidem ad species jam descriptas retuli, etiamsi subinde levioribus notis, infra recensendis differrent. Tria autem specimina ejusdem speciei aderant, quam, cum in nullo Botanicorum scripto, ni graviter fallor, descriptum invenissem, hic describere animus est. Unum hujus specimen cum horto botanico Lugduno-Batavo, alterum Hamburgensium est communicatum, tertio apud nos superstite.

Cum spinarum habitu, colore singulari caet. primo obtutu ab affinibus distinguatur, nomen esto *Echinocactus xanthacanthus*, hac phrasi definiendus.

„Trunco ovali, pallido-viridi; costis 13—16 oblique (dextrorsum) decurrentibus, obtusissimis, impressionibus lateralibus profundis, sulcis profundis sinu obtuso; spinis majoribus tribus erectis, complanato-trigonis, apicibus teretibus; quatuordecim minorum, infimis 3 descendentibus, magnis, arcuatis, lateralibus 8 minoribus decumbentibus, super adjacentes costas extensis, 3 superioribus minimis, mediâ erecto-arcuatâ. — Floribus .... Verticis spinae lanugine alba cinctae. — Cephalium nullum." — Habitat in insula St. Thomae, in terra sicca, dura, granulosa, ferrea.

Differt ab omnibus Echinocactis spinarum et costarum habitu; hac ratione autem proprius ad Melocactos accedit, a quibus — praeter differentias genericas ut videtur, — recedit: a M. communi spinarum numero, a M. macrocantho spinis centralibus constanter tribus, radiantibus 14, a M. pyramidali costis paucioribus, trunci forma, spinis radiantibus caet.; ab omnibus autem costis obliquis, nec perpendicularibus.

Speciminis maximi descriptio.

Truncus ovalis, pallide viridis, creberrimis et valde approximatis spinis horridus. Absque spinis 16 Centimetra altus; baseos diameter 14 Centim. Axis lignosus in centro. — Basis omnino plana.

Costae 16, oblique decurrentes, spiralis lineae, dextrorsum volutae, quasi segmenta; obtusissimae, ad trunci basin 3 centim. distantes, superius convergentes, in vertice obtuso confluentes; impressiones laterales profundae, tubercula prominentia in costarum crista efformantes.

Sulci inferius 3 Centim. profundi, sinu obtuso, superius angustiores.

Tubercula spinigera in quavis costa **11**, alternarum costarum in eadem linea horizontali jacentia.

Spinae centrales majores erectae in quovis fasciculo 3, rarissime 1; 5—7 Centimetr. longae, pennae corvinae crassitie; earum infima ut plurimum caeteris paullo longior; basi complanato-trigonae, apice teretes pungentes; griseo-flavicantes, diaphanae, apicibus leviter fuscis. Infima horizontalis, i. e. angulo recto truncum secat; superiores adscendentes. — Spinae radiantes **14**, 4—5 Centim. longae, tenuiores, pallidae, non splendentes: harum 3 infimae caeteris longiores, magis distantes, media longa dependenti, nec cauli incumbenti; laterales duae oblique divergentes; sp. radiantes mediae in utroque tuberculi latere 4, omnes horizontales, parallelae, trunco incumbentes et supra costas adjacentes extensae, adeo ut harum reti tota planta sit circumdata; tres superiores eadem ac infimae ratione dispositae, at suprema, omnium utplurimum minima, erecto-arcuata. — Normalis hic spinarum situs ex loci angustia, mutua pressione caet. non raro turbatus est. — Spinarum magnitudo in tota planta eadem; in superioris parte autem basi tomento albo cinctae, et in vertice valde approximatae, cum tuberculis, e quibus oriuntur, in circulis spiralibus collocatae, et erectae sunt.

Specimen junius, praecedenti $^1/_3$ parte minus, differt trunci forma omnino sphaerica; costis **13**, sibi magis approximatis, spinis ratione trunci majoribus, magis fulvis, et **10** tuberculis in quavis costa.

Melocacti macrocanthi Pr. **Salm-Dyck** duo indubia specimina, ex insula St. Thomae allata servamus, quorum major, cum cephalio 16 ½ Centim. altus, formam ovatam, paullo obliquam habet, superius coarctatam; baseos diameter 17 Centim. Color profunde viridis. *Costae* 14 (in utroque specimine) perpendiculares; inferius 4 ½ Centim. distantes, obtusae, ad basin trunci horizontaliter in sulcum 1 Centim. profundum decurrentes. 10—11 tubercula in quavis costa, impressionibus lateralibus levibus separata. Spinae omnes fuscae, diaphanae; centrales erectae 3—4, majores, 4—5 Centim. longae, supremâ maximâ; radiantium 3 inferiores majores, laterales 10, horizontales tenues. — Cephalium 1 Centim. altum, 5 in diametro, obliquum, ad latus trunci brevius inclinatum, griseo-tomentosum, fasciculis spinarum tenuium circulariter impositis.

Aliam ex eadem terra Cacti speciem accepimus, quem procul dubio M. macrocanthum habuissem, nisi cephalii defectus id impediverit et forte Echinocactum eum declaravit. Tot autem signis cum M. macrocantho convenit, ut ejus varietatibus eum adscribere mallem, idque eo magis, cum cephalii defectus, constans generis Echinocacti character non sit habendus, sed hic in flore solummodo quaerendus sit. Noster autem formam magis rotundatam habet, vertice minus angustato; altit. 14 Centim.; diam. baseos 16. Color pallide viridis. Costae 14, ejusdem omnino ac in M. macrocantho formae; sulci in medio trunco profundissimi; 8 tubercula in quavis costa, quorum duo suprema in vertice applanato, sibi valde approximata, disposita sunt. Spinae majores 4, magis pallidae, apice fusco-rubrae; radiantes plerumque 14, tribus inferioribus majoribus, non ita decumbentibus; suprema impari erectiuscula; caeterae laterales minores, costas adjacentes non pertingentes. In vertice spinae erectae sunt, basi tomento cinctae, tuberculis in circulis spiralibus dispositis. — Nisi magna cum M. macrocantho evidens affinitas obstaret, Echinocactum haberem, E. melocactiformi, quem *Candolleus* (Mem. du Mus. T. XVII. Tab. 10.) delineavit, proximum.

Melocactum pyramidalem Pr. a Salm - Dyck servamus, ex insula St. Thomae advectum, nunc fructiferum cum cephalio 16 Centim. altum; baseos diam. 14½ Centim. *Cephalium* 3 Centim. alt., 7 in diam. Totius forma pyramidalis; color pallidus; *costae* 13, quam levissime obliquae; inferius 14 Centim. distant, superius convergunt; *sulci* in medio caule 2½ Cent. profundi; inferius et superius minus. *Tubercula* in quavis costa 8—9, approximata; impressiones laterales profundae. *Spinae* majores erectae 3; radiantium suprema minor arcuato-patens; caeterae 14—16 tenuiores, costam adjacentem pertingentes non superantes; tres inferiores majores sunt, remotae, erecto-dependentes. Spinae omnes pallide carneae, inf. complanato-trigonae, apice teretes. — Cephalium albi-grescium tomentosum, fasciculis spicularum fuscarum prominentibus. — *Fructus* plures carnosi, e tomento ¼ parte prominent, splendentes rosei, 3 Centim. longi pyriformes; superius 5 millim. lati, inf. multo angustiores; alii uno latere, alii utroque profunde sulcati angulato-costati; seminula nigra interno pariete placentulis albis innixa.

Differt adeo a M. pyramidali, quem *Link* et *Otto* in Verhandl. zur Beförd. des Gartenb. Preuss. Tom. III. p. 419 descripserunt: trunci colore pallido, costis paucioribus, spinis central. constanter 3, omnibus pallidioribus.

Melocactus communis junior nobis est, ex India occidentali allatus, altitud. 6½ Centim., diamet. baseos 8, sphaericus, laete viridis; costis 15, in quavis tubercula 9; spinis centralibus 3, — 2½ Centim. longis; radiantibus 14, omnibus pallide fuscis. Costae obtusae sunt et 2 Cent. a se invicem distant, impressionibus lateralibus evidentibus. Vertex applanatus absque cephalio. Spinae superiores lanugine cinctae. — Unâ itaque spina radiante deficiente noster ab eo differt, quem *Link* et *Otto* (l. c. p. 423) descripserunt.

Echinocactus tephracanthus Lk. et *Otto*, noster formam habet ovato-sphaericam, inf. contractam, sup. applanatam; 10½ Centim. altus; 10 Centim. diametr. glauco-viridis. Costae 12, perpendiculares, subflexuosae, altae valde complanatae, margine antico acuto; unâ superius bifidâ. Sulci 2½ Centim. profundi, sinu acutissimo. In quavis costa 9—10 tubercula; inferiora magis approximata, in medio 1½ Centim. distantia. Spinae inferiori tuberculi margine affixae, costâ inter tubercula arcuatim prominente; sp. pallide fuscae, vix diaphanae, non splendentes, superiores fere albidae. Spina media erecta una, 2½ Centim. longa, sed infimâ radiantium paullo brevior; harum 6—8, rarissime 9 adsunt, paullò minores, adscendentes; infima omnium maxima, 3 Centim.; supremae minimae. Omnes basi trigonae, apice teretes; in inferiore trunci parte firmae, in sup. molliores, flexiles. Laterales costarum impressiones non profundae. In vertice costae se tangunt, non confluunt. — Differt adeo noster, quem antea E. acuato adscripseram, ab illo, quem *Link* et *Otto* (l. c. p. 422.) descripserunt, costis paucioribus, impressionibus lateralibus praesentibus, spinâ centrali unâ. Cum autem trunci formâ, habitu, costis acuatis caet. magnopere conveniat, cautius duxi, E. tephracantho plantam nostram adnumerare, quam novo nomine insignire.

Characteres, qui ad Melocacti et Echinocacti species distinguendas, huc usque ab auctoribus sunt adhibiti, utplurimum incerti nobis esse videntur: nec mirum, cum fere omnes ex organis caulinis et foliaceis petiti sint, quae in his plantis adeo imperfecte evoluta et fallacia sint. Sperandum sane, characteres e flore fructuque, data occasione, firmiores componi posse.

Trunci scil. *forma* pro varia aetate valde differt; qui in juventute sphaerici sunt, postea non raro ovales, elongati, pyramidales evadunt.

Costarum numerus nequaquam constans est; vel enim inde ab initio in eadem specie differt, vel postea, costis accessoriis ortis, turbatur, quod aut priscorum bifurcatione, aut intermediis e sulcis excrescentibus, obtinet, ut in plurimis Echinocactis observavi. Idem omnino de Cereorum angulis jam animadvertit Cel. *De Candolle* (l. c. p. 41). Angulos accessorios intermedios in C. hexagono et heptagono observavi, attamen ita, ut plerumque, novo angulo orto, priorum qui novo dexter esset, evanesceret; in aliquo autem trunci spatio simultanei aderant, adeo ut hexagonus ita septem, et heptagonus octo angulos haberet. *Candollius* in E. crispato costarum numerum a 30—60 variare vidit (Suppl. Cact. p. 20). *Costarum directio* non negligatur; typice fortasse omnes quodammodo spirales sunt, tuberculis scil. (ramis abortivis) quorum concretione costae formantur, in lineis spiralibus circa caulem distributis. *Costarum forma* ea ratione quidem constans est, ut acutas aut obtusas distinguere liceat; leviores autem notae mutabiles sunt; provectiore enim aetate magis a se invicem recedunt, applanantur, sulcis tandem fere evanidis, eadem fere ratione, ac in Opuntiis caules plani foliacei, teretes et lignosi evadunt. Idem de *impressionibus costarum lateralibus* valet. *Tuberculorum spiniferorum numerus* potius ad aetatem quam speciem discriminandam valet. *Eorum distantia* inter se constantior est, sed nonnisi characterem tertii ordinis constituere potest. *Spinarum situs et directio* a mutationibus, quas tubercula pro varia aetate patiuntur, mutari necesse est et observatione constat. Inferior scil. tuberculi pars in vetustioribus ad anteriora propellitur, et adeo spinas inferiores ejusdem tuberculi, aut superiores tuberculi subjacentis, erigit. Simili causa spinae centrales in adultis etiam magis eriguntur. E praecedentibus simul sequitur, *spinarum longitudinem, ad sulcorum latitudinem v. c. relatam*, inconstantem praebere characterem; spinarum enim incrementum cito terminatur, dum trunci ambitus continuo augeatur. — Multo firmiores notae e *spinarum forma* et *numero* petuntur. Centrales et radiantes caute e situ distinguantur, et hae iterum in inferiores, medias et supremas; hoc intuitus jam indicat, et morphologica evolutio confirmare videtur. Radiantes subinde erectae, imprimis suprema, ne cum centralibus confundantur, cavendum. — *Cephalium*, quod solummodo in planta adulta adest, hanc ob causam saepe dubium characterem format. Ad Melocactos ab Echinocactis discernendos non sufficit. In his enim occurrere constat, et ipse in E. intricato vidi, quare nec ex hac nota, indicante licet Cel. De Candolle (l. c. pag. 36) nec ex reliquo habitu haec genera certe distinguere possumus, solo flore vere distincta. Melocacti juniores etiam cephalium non habent. — Sola naturae diligenti observatione aliquando haec dubia extricari possunt.

Scribeb. Roterodami, m. Septembri 1836.

Lichenologische Bemerkungen

von

Ernst Hampe,

Apotheker zu Blankenburg.

In dem Verzeichnisse der Pflanzen des Harzgebietes steht unter Verrucaria: „N. B.: Einige Verrucarien erscheinen mir als gewisse Zustände anderer Flechten". — Ich erlaube mir die Botaniker und vorzüglich die Lichenologen auf folgende Beobachtungen aufmerksam zu machen. Im Bodethale unter der Rosstrappe fand ich an Granitfelsen, die steile, ziemlich glatte Wände bilden, worüber den grössesten Theil des Jahrs Wasser hinabfliesst, eine Verrucaria, die Herr Hofrath Meyer in Göttingen für seine V. viridula erkannte. — Ich verfolgte diese Verrucaria und fand an der nämlichen Stelle einige Exemplare, deren Früchte mit denen einer Patellaria die grösseste Aehnlichkeit hatten. Ich halte diese für Lecidea rivulosa Ach. deren Thallus durch häufiges Ueberfliessen des herabströmenden Wassers dicker geworden ist, wodurch die Apothecien verhindert werden, sich regelmässig auszubilden. — So entsteht, indem sich die Ränder der Apothecien durch den wuchernden Thallus aufgetrieben einwärts kehren, die Verrucaria viridula Mey. — Ich vermuthe, dass dieser Zustand der L. rivulosa der L. contigua δ hydrophila Fries Lichenogr. p. 301 sehr nahe kommt. Dann erlaube ich mir die Behauptung aufzustellen, dass die Verrucaria plumbea Ach. nur ein verkümmerter Zustand der Lecidea contigua ist. — An der Entstehung der V. plumbea aus der Lecidea contigua hat der auf seiner Oberfläche leicht verwitternde Kalkstein Schuld. Die Flechtenkruste, Kleesäure haltig, bildet mit dem Kalke, vermöge der Säure — kleesauren Kalk, der leicht verwittern würde, wenn die Flechtensubstanz nicht als Bindungsmittel aufträte. Dass aber ein so veränderter Thallus auch auf die Ausbildung der Früchte nachtheilig einwirken muss, ist leicht zu erklären. — Die Apothecien bleiben sehr klein und kuglig, und nur, wo die Apothecien etwas weiter ausgebildet werden, entstehen kleine punktförmige Erweiterungen in der Spitze der Apothecien, wodurch die Täuschung vollständig wird — dieses ist — V. plumbea Ach. Noch vergleiche man Verrucaria muralis Achar. mit Lecidea albo-atra Schaer. — — Verrucaria nigrescens P. mit Lecidea atro-alba γ murina Ach. und Verrucaria Hochstetteri et Schraderi mit Lecidea albo-coerulescens Fries, sie sind als Verrucarien verdächtig. — Verrucaria nitida und alba Schrader sind die beiden einzigen ächten Verrucarien, die ich am Harze zu beobachten Gelegenheit hatte.

Coniolomа coccineum Flörke hält man für eine Graphidee —; ich will jedoch darauf aufmerksam machen, dass Parmelia haematomma Ach. auch zuweilen an Bäumen vorkommt, dass sich die Scutellen derselben oft sehr unregelmässig und vieleckig bilden, dass der polsterartige, pulvrige Thallus durch das an den Bäumen herabfliessende Wasser verwischt und abgeglättet wird, und so entsteht, durch den

Standort verkümmert, das Conioloma coccineum Fl. Es würde viel wahrscheinlicher klingen, wenn man dasselbe als eine bei uns unvollständig ausgebildete Platygramme coccinea Spreng. erklären wollte, denn dass Conioloma keine Normalbildung ist, wird wohl nicht bestritten, nur fehlt uns bis jetzt die Nachweisung der Abstammung, und darauf möchte ich hiermit aufmerksam machen. Wer sich mit dem Studium der Flechten beschäftigt, wird wissen, wie leicht man sich irren kann, und daher meine Bitte, die angedeuteten Beobachtungen zu widerlegen, oder dieselben durch die fernern Nachforschungen der Lichenologen ins Reine zu bringen. Obgleich ein fleissiger Beobachter, fühle ich mich dennoch zu schwach, das Verdammungsurtheil gegen so viele alte Flechtenspecies allein auszusprechen.

Blankenburg, den 23. November 1836.

DE SWARTZIEIS OBSERVATIONES

SCRIPSIT

TH. VOGEL.

Swartziearum tribus ex quo cl. Decandolle eam definivit unico aucta est genere Americano, quod ex duabus speciebus a sereniss. Principe Neowid. Maximiliano in Brasilia lectis a cl. Nees ab Esenbeck Zollerniae nomine in Nov. act. phys. med. Bonn. Tom. XIII. praef. p. XIII. sqq. descriptum est. Tum cel. Brongniart in Annal. d. sc. nat. Tom. 30. p. 108 sqq. plantam Brasiliensem publicavit sub nomine Coquebertia ilicifolia, quam quum floris structura a Zollernia non differat ad hoc genus referre non dubito; fructus nec ab hoc nec ab illis auctoribus observati sunt. Inter plantas Sellovianas hae tres species adsunt; ultima summa copia speciminum, quorum pauca fructifera. Racemi, qui flores plurimos gerunt, fructum unicum in his praebent: legumen monospermum sublignosum (indehiscens?) subrotundum, paulum compressum, brevi stipitatum, styli basi apiculatum, tomentoso-pubescens, circiter $7'''$ longum; me accuratius de ejus structura disserere non posse quia omnia ex parte jam ab insectis devorata erant valde doleo; semen latere leguminis superiore affixum erat, cotyledonibus crassis; testa tenuis videbatur; arillum non vidi, tamen ob manca specimina affirmare non possum num desit. Stamina quaedam (semel et calycis partem) persistentia observavi.

ZOLLERNIA Neow. et Es. l. l. (Coquebertia Brongniart.)

1. *Zoll. splendens* Neow. et Es. (l. l. p. XV. t. C.): Z. foliis ovato-oblongis integerrimis subacuminatis, stipulis suborbiculatis.
2. *Zoll. falcata* Neow. et Es. (l. l. p. XVI. t. D.): Z. foliis oblongis margine integerrimis subundulatis longo-acuminatis, stipulis falcato-lanceolatis.
3. *Zoll. discolor.* m. Z. foliis lato-oblongis margine integerrimis undulatis apice saepius reflexo plicato-acuminatis, stipulis oblique lato-ovatis.

Species valde affinis Z. falcatae, diversa: foliis omnino latioribus apice subacutis vel reflexo plicato-acuminatis, stipulis latioribus lato-ovatis brevi acuminatis subfalcato-obliquis, racemis et alabastris sordide-, ovariis subaureo-ferrugineo-tomentosis, foliis subtus multo pallidioribus subincanis.

Sellow leg. inter Rio Jan. et Campos. V. s. sp. 1. florif.

4. *Z. ilicifolia* (Coqueb. ilicifolia Brongn. l. l.): Z. foliis lato-oblongis margine dentatis undulatis, stipulis falcato-lanceolatis.

Observ. Ad descriptionem a cl. auctore datam addendum est: stamina in hac quoque specie 9—13 adesse, et stipulas quas minimas dicit (quales interdum in ramulis floriferis inveniuntur) plerumque satis magnas (circ. 9‴ long.) inveniri.

Swartzia genus staminum numero valde varium omnium aut certe quorundam petalorum abortu insigne est; species quas ipse observavi omnes stamina multa (filamentis liberis) habuerunt ovario opposita, ita ut hujus dorsum, in aliis leguminosis stamine tectum, plane nudum evadat. Absentia staminum in hac floris parte fortasse causa est, quod petala hic staminoidea fiunt; talia enim stamina majora certe mihi habenda esse videntur ex hisce observationibus. In Swartzia multijuga m., ubi petalum extus sericeum est, filamenta minorum quidem staminum glabra, majorum sericea inveniuntur; idem accidit in Sw. acutifolia m. et montana m. ubi petalum et filamenta majora pubescunt; dein quum praefloratio Swartziearum plane papilionacea sit, stamina majora eundem in alabastro habent situm, quem petala deficientia habitura essent; denique et insertio mihi magis externa videtur quam minorum staminum. Quod staminum minorum antherae infertiles sunt ex meis observationibus non patet; certe quidem in Swartzia pulchra m., grandiflora W., acuminata W., Brasiliensi et glabra m. minores antherae dehiscentes pollinem emittunt.

Legumina pauca hujus generis usque nunc descripta sunt; etiam inter sequentes unicam modo speciem fructiferam observavi, Sw. pulchram m. Ovarii structuram singularem Tounateae Aubl. quam De Candoll. diligenter descripsit, in Sw. glabra et sericea observavi, similem in Sw. multijuga, montana, acutifolia, Brasiliensi et dipetala, tamen sensim in stylum elongatum longiorem subcompressum transit ex. gr. in Sw. simplicifolia. Species sequentes partim a Sellow in Brasilia lectae sunt, partim in Herb. Willd. ineditae occurrunt, duas clar. viri Kunth et Lucae liberalissime mecum communicarunt. Duae ex his imprimis memorandae sunt.

In Herb. Willd. n. 10291 Swartzia adservatur nomine dipetala, quam pr. Bahiam lectam ill. comes Hoffmannsegg communicavit, qui novum ex ea genus condere voluit nomine Dinopalium; specimen jam satis mancum est, at ex icone a Hoffmannsegg addita et descriptione patet duo ei esse petala aequalia, quorum tamen locus ex icone non satis perspici potest. Insuper in omnibus speciminis floribus duo sunt ovaria, at non, ut in aliis occurrit leguminosis opposita, sed subparallela; ambo sutura seminifera idem fere floris latus spectant, cujus ovariorum dispositionis exemplum quantum scio non notum est, nisi fortasse in illa Mimosa 5-gyna; at calyce irregulariter fisso et petalis deficientibus pistillorum ratio accuratius observari non potest.

In actis societ. Ital. Moden. p. 395 Gius. Raddi Sw. triphyllam var. *β.* grandifloram proposuit, quam tamen veram Sw. grandifloram W. habeo. Specimen enim a cl. Luschnath pr. Rio Jan. lectum et exacte c. descriptione Raddii conveniens a descriptione Ritterae grandifl. Vahl ecl. 2. p. 37 et icone, Vahl pl. am. dec. 1. t. 9 non differt nisi quod nonnulla folia trifoliolata sunt, dum characteres essentiales magnum petalum et folia margine undulata distincte ostendit; qua re ductus Sw. grandifloram ad species trifoliolatas ducere non dubitavi et marginatas quidem, quamvis, si foliolum unicum adest, in petiolo brevissimo margo observari non possit.

SWARTZIA Willd. DC.

Sect. I. POSSIRA Aubl. DC.

A. *foliis simplicibus.*

1. *Sw. simplicifolia* W! (spec. 2. p. 1219) Sw. foliis oblongis obtuso-acuminatis coriaceis, petalo subrotundo-ovato calyce majore, staminibus multis, ovario stipitato glabro, stylo brevi.

Rittera simplex Vahl. symb. 2. p. 60 dicitur foliis obtusis emarginatis; an diversa? Willdenowii specim. Hrb. n. 10835 in Brasilia lectum est.

De Sw. grandiflora W. cf. sect. sequentem et quae supra diximus.

B. *foliis impari-pinnatis.*

a. petiolo distincte marginato.

2. *Sw. grandiflora* W. (l. c.) Sw. glabra foliolis 1—3 subcoriaceis margine undulatis oblongis acuminatis, pedunculis sub-4-floris, petalo subrotundo maximo, staminibus multis, ovario stipitato glabro, stylo elongato.

Stam. majora 6—8.

Luschnath leg. in Brasil. pr. Rio Janeiro in monte Corcovado c. fl. mense Dec.

3. *Sw. Brasiliensis* m. Sw. glaberrima foliolis 7—9 oblongis acuminatis, floribus paniculato-racemosis, petalo ovato-orbiculari basi cordato calyce multo majore, staminibus multis, ovario stipitato glaberrimo, stylo brevi.

Stamina majora circiter 4. Foliola membranacea $1^1/_2$—$2''$ longa $1''$ lata.

Sellow leg. in Brasil. inter Campos et Victoria.

4. *Sw. pulchra* m. Sw. ramulis et petiolis nervoque medio subtus pubescentibus, foliolis 3—13, subellipticis retuso-acuminatis subcoriaceis glabris, racemis axillaribus sub-3-floris, petalo suborbiculari basi cordato calyce duplo majore, staminibus multis, ovario stipitato glaberrimo, stylo elongato.

Arbor; rami teretes, glabri, cinerascentes; ramuli pilis densis rigidis adpressis sordido-fuscescentibus pubescentes. Stipulae utrinque basi foliorum e basi latiore subulatae, subspinescentes, vix curvatae, deciduae, tomentosae, circ. $1^1/_2'''$ longae; folia impari-pinnata, foliolis magnitudine ab apice ad basin decrescentibus; rhachis (c. petiolo) usque $2^1/_2''$ longa, membrana angusta ad foliola utrinque in dentes parvas subacutos producta alata, supra medio angusto-canaliculata, glabra, viridis, subtus pilis densis rigidis adpressis fuscescentiferrugineis pubescens; foliola 3—13 opposita, sessilia, utrinque attenuato-oblonga, subelliptica, subinaequilatera, acuminata, plerumque retusa, submucronulata, integerrima, rigido membranacea vel subcoriacea reticulato-venosa, nervis utrinque prominentibus, viridia, concolora, utrinque supra magis nitentia, glabra excepto nervo medio subtus pilis petioli communis simillimis tecto, foliolo impari maximo usque ultra 2″ longo 1″ lato, foliis minoribus semipollicaribus. Racemi axillares foliis plerumque minores; pedunculus communis erecto-patens, compresso-angulatus, rigidus, pube fuscescenti-ferrugineo tomentosus usque ultra 2″ longus; flores plerumque 3, pedicellis pedunculum imitantibus, usque 9‴ longis, unifloris, erecto-patentibus. Calyx in alabastro (compresso?) globosus, magnitudine seminis Ciceris Arietini, coriaceus, tomento quo pedunculus obsitus, in 4—5 lacinias reflexas inaequaliter lacerans, denique deciduus. Petalum unum amplum, suborbiculare, basi cordatum, breviter stipitatum, calyce duplo longius et ultra, circ. 10‴ longum, albidum? venis parum discoloribus striatum, in praefloratione plicatum, vexilli loco insertum. Stamina minora multa (circ. 60), in fasciculum ovario oppositum ante petalum conjuncta, toro a calyce libero parum producto inserta: filamenta libera vix infima basi connata (subteretia?) filiformia, calycem subaequantia: antherae suboblongo-rotundae, dorso supra basin affixae, loculis subparallelis intus lateraliter rima longitudinali dehiscentibus, albidis, dorso nigris; stamina majora 4—8, minorum fasciculo opposita; filamenta libera; vel interdum 2 conjuncta (potius non plane fissa), quam minorum non duplo longiora, crassiora, subplana, medio canaliculata, basi latiora: antherae quam minorum triplo fere longiores, alias his simillimae nisi plane oblongae et loculis magis dehiscentibus. Ovarium compressum, lineari-oblongum, glaberrimum, stipitatum, stipite subtereti calycem aequante, apice in stylum falciformi-arcuatum attenuatum, stigmate obtuso; staminibus majoribus vix longius, petalo brevius, pluriovulatum, ovulis (circ. 8) sutura superiore affixis. Legumen stipitatum, lineari-oblongum, subcompressum, styli basi apiculatum, bivalve, valvarum marginibus parum incrassatis, 1—3-spermum, consistentia rigido-coriacea, colore subaurantiaco fucatum, plurimis maculis atris prominentibus densis notatum, glaberrimum, nitidum, 1—1½″ longum, stipite pollicari. Semina funiculo umbilicali plano, circ. 1½‴ longo, figura irregularia, subquadrangulari-reniformia, utrinque truncata ibique parum excavata; arillus magnus albidus; integumentum membranaceum, rugosum; embryo exalbuminosus, semini conformis: radicula parva ad hilum posita, curvata; cotyledonibus crassis, intus planis, extus convexis, rugosis; plumula inconspicua.

Sellow c. fl. et fr. legit in Brasil. pr. Rio Jan.

Obs. In Hrb. W. n. 10290 specimen occurrit pr. Caracas lectum nostrae plantae satis simile, at diversum ramulis petiolo nervoque medio glabro, et stipulis; fortasse ad Sw. myrtifoliam Sw. accedit. Sw. elegans Schott in Spr. syst. 4. sect. 2 p. 407 et Sw. Langsdorfii Raddi. Mem. soc. it. Mod. t. 18 p. 396 affines quidem at quantum e descriptionibus brevibus patet diversae sunt.

5. *Sw. robiniaefolia* Willd! (Hrb. n. 10289). Sw. ramulis pedunculis petiolisque tomentosis, foliolis 15 lanceolato-oblongis subhirsutis, floribus racemosis, calyce bibracteolato, petalo rotundato-ovato, calyce majore, staminibus multis, ovario stipitato glabro.

Arbor 5-orgyalis; coma ramosa, subglobosa. Foliola 13—15 lanceolato-oblonga acutiuscula, submucronulata, utrinque praesertim subtus et nervo medio hirsuto-pubescentia, breviter petiolata circ. 2½″ longa, 9—12‴ lata; petiolus communis inter juga tantum superiora alatus, tomentoso-hirsutus.

Racemi (axillares ?) folia 6-pollicaria subaequantes (teste Bonpl.), tomentoso-hirsuti; flores pedicello calycem subaequante basi unibracteato; calyx 4—5 fidus, tomentoso-sericeus, basi bibracteolatus! bracteolis lineari-oblongis, tomentosis, concavis, alabastrum aequantibus; petalum rotundato-ovatum, stipitatum, albidum, plicato-undulatum (tantum in alabastro ut in plerisque?). Stam. majora circ. 4. Ovarium lineare, curvatum, glaberrimum; stylus ......

Alex. ab Humbold leg. pr. Radigas de Honda.

β. petiolo aptero *).

6. *Sw. macrophylla* Willd! (Hrb. n. 10286.) Sw. foliolis 7—9 lanceolato-oblongis basi saepius cuneatis coriaceis pedalibus, racemis pubescentibus multifloris, petalo subrotundo calyce majore, staminibus multis, ovario lineari-oblongo brevi stipitato subhirto-pubescente.

Arbor 4—5 orgyalis. Folia petiolo communi e tereti subanguloso, sulcato, glabro, 1¼ pedali; foliola 7—9 lanceolato-oblonga, acutiuscula, integerrima, subundulata, coriacea, glaberrima, supra nitentia, ultra pedalia: petiolis brevissimis, teretibus, crassis, carnosis; stipulae nullae. Flores racemosi; racemi 8—12-pollicares, ex trunco ipso nascentes, pedunculo communi sulcato, tomentoso-pubescente; pedicelli uniflori, teretes, adscendentes ex axilla bracteae minutissimae concavae subspinosae **) calycem subaequantes, 2—3-lineares. Calyx subcoriaceus, 4-partitus, tomentoso-pubescens;

---

*) In quibusdam hujus sectionis speciebus petiolus angustissime est marginatus, tamen ita ut potius semiteres appareat, supra canaliculatus, quare potius eas hic recensui. cf. Sw. montana.

**) Haec bracteae forma et saepius occurrit, ex. gr. in Sw. acutifolia m., glabra m.

petalum orbiculato-ovatum, lato-stipitatum, concavum, margine undulato-plicatum (teste Bonpl. — tantum in alabastro?) subcrenulatum, adscendens; stamina minora numerosissima, sterilia (teste Bonpl.) filamentis distinctis, teretibus, filiformibus, erectis; stamina majora 2—4, fertilia, filamentis quam sterilium multo crassioribus petalo aequalibus, subcomplanatis basi intumescentibus; ovarium lineari-oblongum breviter et oblique stipitatum, staminibus majoribus vix brevius, pilis densis subhirtis tectum, in stylum crassum attenuatum; stigma subsimplex. Leg. ignotum.

Alex. ab Humboldt leg. in umbrosis pr. Nares.

Obs. Quae notavi teste Bonpl., quum specim. in Hrb. W. valde mancum sit, e schedulis Humboldtianis transcripsi, quas una cum icone cl. Kunth benignissime mecum communicavit.

7. *Sw. dipetala* Willd! (Hrb. n. 10291). Sw. foliolis 5 oblongis subacuminatis coriaceis, racemis compositis pubescentibus, petalis 2 aequalibus deciduis, staminibus multis, ovariis 2 stipitatis sericeis, stylo brevi.

Calyx sericeus; petala (ex icone Hoffmannseggii) subrotunda; basi subcordata, stipitata, aequalia. Foliola 2—4″ longa, 1 1/2—2″ lata. — Habitat in Brasil. pr. Bahia.

8. *Sw. acuminata* Willd! (Hrb. n. 10288). Sw. glabra, foliolis 7—11 oblongis acuminatis, racemis 7—9-floris, petalo subrotundo basi cordato, staminibus multis, ovario stipitato glabro, stylo longissimo.

var. α. foliolis basi attenuatis (Hrb. W. n. 10288). Habitat in Brasil.

var. β. foliolis basi rotundatis (Sw. pinnata Hrb. W. n. 10287 nec spec.). Habit. in Brasil. pr. Bahia.

Calyx 4-fidus glaber; petalum albidum stipitatum; stam. majora circiter 4. Foliola oblonga vel obovato-oblonga 3—4″ longa, 1—1 1/2″ lata.

9. *Sw. acutifolia* m. Sw. foliolis 17—21 lanceolato-oblongis acutis, racemis multifloris tomentosis pedicello subebracteolato, petalo subrotundo basi cordato extus pubescente calyce majore, staminibus multis, ovario stipitato tomento argenteo sericeo, stylo brevi.

Petiolus pedunculusque pubescit. Foliola subtus hirta, 1½—2″ longa, circ. ½″ lata. Calyx subtomentoso-pubescens, 4—5 fidus; petalum ovato-orbiculatum, basi cordatum, stipitatum, extus sericeo-pubescens. Stamina majora 4—6. Bracteolae plerumque 0, rarissime adsunt squamae minimae in pedicello.

Sellow leg. in Brasil. pr. Presidio S. João Baptista.

10. *Sw. montana* m. Sw. foliolis 19—25 lanceolato-oblongis subobtusis, racemis subsimplicibus tomentosis, pedicello bibracteolato, petalo subrotundo basi cordato extus piloso calyce majore, staminibus multis, ovario stipitato tomento argenteo sericeo, stylo brevi.

Arbor; folia alterna; petiolus circ. 7-pollicaris semiteres supra canaliculatus, utrinque membrana angustissima alatus (quae et in acutifolia atque multijuga reperitur stipellulasque basi foliolorum format) basi parum incrassatus, puberulus; foliola lanceolato oblonga, nunc obtusiuscula nunc acutiuscula; basi parum inaequilatera; supra glabra, subtus pubescentia, 3″ longa, 9‴ lata. Racemi in ramis foliis orbatis plerumque simplices (semper?) patentes, subrecurvi, rhachi pedicellisque (ut in affinibus) compressis ferrugineo-tomentosis. Paulum infra calycem bracteolae duae oppositae, ovatae, obtusiusculae, subconcavae, circ. 1‴ longae, extus ferrugineo-tomentosae, intus violaceae. Calyx coriaceus ut rhachis tomentosus; petalum unguiculato-stipitatum, albidum, venis coloratis striatum, extus imprimis basi longis pilis albidis obsitum. Stamina circ. 100 antheris dehiscentibus; stam. maj. circ. 4, filamentis pilis longis albidis vestitis. Ovarium stipite compresso 2—3''' longo, calyce breviore; stylus brevis, ater, glaber, subuncinatus. Leg. non v.

Luschnath leg. in Serra dos Orgaâos, mense April. c. fl. V. s. comm. a cl. Lucae.

Species haec valde affinis est anteriori, a qua differt imprimis foliolis longioribus obtusioribus, et pedicellis crassioribus bibracteolatis; affinis videtur etiam Sw. Flemmingii, tamen ex descriptione diversa; species sequens Sw. multijuga m. ab his tribus differt ovario glabro.

11. *Sw. multijuga* m. Sw. tomentosa, foliolis 23—27 lanceolato-oblongis obtusis, racemis compositis tomentosis, petalo basi cordato extus sericeo calycem parum superante, staminibus multis, ovario stipitato glabro, stylo brevi.

Calyx subbibracteolatus, extus sericeo-tomentosus, 4-fidus; petalum suborbiculatum, basi cordatum, stipitatum. Stamina majora circiter 6; racemi fusco-ferrugineo tomentosi. Foliola subtus subhirsuto-pubescentia; petiolo subferrugineo-tomentoso, 1½—2'' longa, ½'' lata.

Sellow leg. in Brasil. pr. Rio Jan.

Sect. II. TOUNATEA Aubl. DC.

A. *Petiolo marginato.*

12. *Sw. glabra* m. Sw. foliolis 3—5 oblongis obtuse acuminatis coriaceis, racemis multifloris, staminibus multis, ovario longe stipitato glaberrimo.

Planta glabra. Rami teretes, extremo apice hinc inde puberuli. Folia petiolo communi subtus semitereti, supra subcanaliculato, anguste alato, 3—4 pollicari; foliola brevissime petiolulata, opposita, oblonga, basi subattenuata, apice obtuso-acuminata, coriacea, supra glaberrima, nitida, 2 usque, 4-pollicaria, juniora interdum obovata. Racemi axillares, pedunculo communi subangulato, usque 6-pollicari, basi subpuberulo; flores numerosi; pedicelli adscendentes, uniflori, plerumque singuli, rarius gemini, usque semipollicares, in axilla bracteae minutissimae concavae subspinosae. Calyx coriaceus, in 4—5 lacinias reflexas fissus; petalum nullum; stamina minora multa, calycem aequantia, in fasciculo ovario opposito; filamentis liberis teretibus, antheris rotundato-oblongis, dorso supra basin affixis, bilocularibus, intus lateraliter e longitudine, dehiscentibus; stamina majora 2, caduca, minoribus opposita, filamentis subplanis, basi latioribus; antheris oblongis dorso supra basin affixis, quam minorum staminum plus duplo majoribus, eodem modo dehiscentibus. Pistillum glaberrimum: stipite calyce longiore, subcompresso; ovario suboblongo, compresso, 4-ovulato, subbilineari; stylo uncinato, brevissimo; stigmate simplici. Legumen non vidi.

Sellow leg. in Brasil. inter Campos et Victoria.

B. *Petiolo aptero.*

13. *Sw. sericea* m. Sw., ramulis petiolisque ferrugineo-tomentoso-hirsutis, foliolis 11 oblongis obtuse acuminatis glabris subtus glaucescentibus, racemis multifloris tomentoso-sericeis, staminibus multis, ovario stipitato sericeo.

Foliola oblonga, basi subcordata parum inaequalia, supra glaberrima nitida, subtus glaucescentia, nervo medio tomentoso-pubescente. Racemi petiolum dimidium non aequantes, ferrugineo-tomentosi. Calyx 4—5-partitus, extus et intus sericeus; stamina minora multa; majora 2, filamentis compressis, extus sericeis. Ovarium oblongum, stipite compresso, sericeo, calyce dimidio minore, stylo uncinato glaberrimo.

In Guiana gallica legit Martin; v. s. in Hrb. Kth.

DALBERGIEARUM GENERA BRASILIENSIA.

AUCTORE

TH. VOGEL.

Inter Leguminosas in Brasiliae finibus lectas e Dalbergiearum tribu mihi occurrerunt genera Machaerium, Dalbergia, Platymiscium n. g. et Miscolobium n. g. quorum species hic recensere mihi proposui; Pterocarpi vero affiniumque species ob fructus mihi adhuc ignotos nunc quidem reponere optimum duxi.

Machaerium genus primus Persoon e Nissolia Jcq. sejunxit fretus imprimis fructus analysi a Gaertner delineata; restituit genus integrum sed dubitanter cl. Decandolle nova formata sectione e Niss. arborea Jcq. Priusquam structurae differentias exponam, quas Nissolias genuinas examinaverim tradam. Decandolle in Pr. 2. p. 257 tres enumerat species: ad Nissol. ejus hirsutam referam N. fruticosam HKth., certe specimen Humboldt. in Hrb. Willd. n. 13063 foliolis subtus margineque subhirsutis et pedicellis multis aggregatis huc pertinet; ad Nissol. racemosam DC. referam Hrb. Willd. n. 13061 quoad ramulos floriferos *) ob foliola subelliptica subglabra et calyces subedentulos. Nissol. fruticosam Jcq. spontaneam non vidi; adsunt sub hoc nomine in Herb. Reg. Berol. et in Hrb. Kunth. specimina in hortis Monspeliaco et Parisiensi culta, quae vero a Jacquini descriptione et icone satis abhorrent quamvis Decandollii fortasse planta sint. Tota planta subglabra quidem est, sed foliola ovalia sunt semipollicaria vel parum ultra, basi stipulis lineari-lanceolatis reflexis stipata (Jacquin foliola subovata dicit sesquipollicaria et ita delineavit, stipularum vero nec mentionem fecit nec eas in icone expressit); pedicelli aggregati sunt 4—6; calyx cupulato-campanulatus 5-dentatus glandulis piliferis adspersus pilisque minoribus albidis subpubescens, dentibus setaceis tubum subaequantibus; carinae petala erecta sunt apice subobtusata (in N. hirsuta recurvato-brevi-acuminata); vexillum lamina ovali-oblonga basi bicallosa quam ob rem Niss. bicallosam dixerim. In collectione cl. Kunth qui nota liberalitate ditissimum suum Herb. mihi patefecit vidi specimen olim in Teneriffae horto cultum quod mihi N. microptera Poir. videtur, sed certe et calyce et legumine et inflorescentia non ad Machaeria sed Nissolias pertinet; omnino Nissoliae hirsutae valde similis inprimis differt foliolis parum majoribus magis orbiculatis et legumine basi latiore, ala superne (de quo cf. postea) bicarinata. Differunt species enumeratae a Machaeriis hoc modo: Calyx campanulato-cupulatus est basi attenuatus dentibus setaceis, in Machaerio campanulatus vel tubuloso-campanulatus dentibus latioribus; vexilli lamina basi calloso-incrassata quamquam distincte bicallosa tantum in specie jam memorata, in Machaerio nulli calli adsunt; carinae pe-

---

*) Hrb. Willd. n. 13061 N. arborea Jcq. inscriptum est: duae diversae plantae in eadem plagula ibi servantur. Folium a Bredemeyer in Martinica lectum et ab ipso inventore N. arborea Jcq. nomina-

---

tum (quod sine dubio Willdenowium induxit ut in spec. pl. Martinicam quoque hujus plantae patriam nuncuparet) 7-foliolatum est, foliolis oblongis semipedalibus, quare ad plantam citatam non pertinet; ramulos floriferos memoratos Willd. serius addidit nam loc. laud. notavit v. s. s. fl.

tala plerumque toto dorso connata esse jam Decandolle docuit; ovarium brevi stipitatum 2-(in N. bicallosa m.) vel 3—4 ovulatum est (in N. hirsuta et racemosa) basi nulla vel brevissima vaginula *) inclusum, in Machaerio semper 1-ovulatum, et stipes vaginula distincta saepius elongata circumdatus; stigma subcapitato callosum est, in Machaerio oblique truncatum subcallosum deinde simplex. Legumen denique seminum numero fortasse rarius diversum est, nam in Nissol. hirsuta DC. et microptera Poir. quamvis sat multa viderim legumina fere omnia 1-sperma erant, tamen alterum semen prius saepius excultum deinde abortivum (articuli vero semina includentes si 2 adsunt, ut Gaertner describit, more Hedysarearum secedunt). Sed aliud leguminis discrimen est: in Machaerio enim ala *superne* curvata et convexa legumen cultriforme efficit, inferne autem parum incrassata est; in Nissolia hirsuta et microptera contra ala *inferne* convexa est et superne incrassata, quam rationem icon quoque apud Gaertner de Nissol. ejus fruticosa praebere videtur. Quibus omnibus perpensis genera haec hoc modo describam:

NISSOLIA Jcq.

Calyx campanulato-cupulatus, basi attenuatus; dentibus 5 setaceis aequalibus. Corolla: petalis brevi stipitatis cum staminibus supra calycis basin insertis, vexillo subpatente; stamina monadelpha, vagina superne fissa; ovarium brevi-stipitatum, 2—4 ovulatum, stigma subcapitato-callosum; legumen stipitatum, compresso-planum, mono- seu 2—3-spermum, desinens in alam submembranaceam, inferne cultriformem, superne parum incrassatam, articulis secedentibus. Frutices scandentes, foliis impari-pinnatis stipulatis, floribus aggregatis seu racemosis.

---

*) Vaginula margo absoletus apparet seu filamentorum vaginae intus adnata est.

Obs. Hic adhuc memorandum est, legumen ubi semina includit ex Gaertneri descriptione substantia fungosa farctum esse; in N. microptera Poir. intus pilis longis villosis albis vestitum observavi. — N. arborea Jcq. *) ob calycem basi non bracteolatum transitum facere videtur ad Machaerium; sed totus calycis et leguminis habitus in icone plane ad Machaerium accedit, quare vix dubito eam ad hoc accedere genus.

MACHAERIUM Pers.

Calyx basi bibracteolatus, campanulatus, brevi 5-dentatus. Corolla papil. petalis stipitatis cum staminibus supra calycis basin insertis, vexillo subpatente; stamina monadelpha, vagina superne interdum inferne quoque fissa; ovarium stipitatum, 1-ovulatum, stipite basi vaginula incluso 10-costata; stigma oblique truncatum callosum dein simplex. Legumen stipitatum, compresso-planum, indehiscens; monospermum, desinens in alam submembranaceam superne subcultriformem inferne incrassatam.

Frutices seu arbores foliis impari-pinnatis stipulatis, saepe aculeis stipularibus, floribus racemosis. — Magna in toto genere partium varietas est. Truncus est arboreus (20′ altus in M. Humboldt. test. Bonpl. et in M. armato test. Manso et Lhotzky) seu fruticosus (M. aculeatum R. frutex est subscandens; ex Raddi in Mem. soc. ital. Moden. tom. 18. p. 398). Stipulae foliaceae sunt fugaces (quas inter species hic recensitas in unica adhuc incolumes vidi) vel aculei persistentes. Foliola alterna sunt, quare accidit ut interdum numero paria sint, et magnitudine et figura, numero consistentiaque, colore et pilositate satis diversa; et structura differunt; plerumque enim reticulato-venosa in Mach. Humboldt. m. omnes venas aequales habent approximatas transverse a costa ad marginem currentes, vix inter se anastomosantes, folium Scitaminearum curvinervium fere mentientes. — Inflorescentia racemus est cujus pedunculi nunc singuli nunc bini ternive in axillis foliorum hisce plerumque minores sunt; saepius foliis delapsis ramulorum in quorum apice racemi collocati sunt ampla formatur inflorescentia, panicula valde ramosa. Pedicelli rarius calycem aequant (Nissol. quinata Aubl.) plerumque multo minores saepius subnulli; bracteolae semper calyce minores sunt, interdum minimae. Calyx plerumque campanulatus, subtubulosus in Mach. nigro m.; dentes calycini modo omnes subacuti (in M. oblongifol., villoso) modo 4 rotundati 5to acuto (in M. armato), 2 superiores nunc profundius fissi (in M. opaco) nunc vix partiti (in M. armato) dens 5tus saepius ceteris longior est (in M. armato, Humboldt., oblongifol.) dentes vix ulli in M. violaceo m. Petala imprimis carinae et alae valde inter se differunt; alae nunc erectae sunt nunc curvato-obliquae, plerumque inaequilaterae (in Niss. quinata Aubl. subaequilaterae) basi modo rotundatae (M. violaceum) modo dentatae (N. quinata Aubl.) apice subacutae (in M. violaceo) seu rotundatae (M. Humboldt., ferrugin.); petala carinalia plerumque erecta, interdum et falciformi curvata (in N. quinata, similia in M. Humboldt., armato). — Stamina in omnibus quas ipse vidi speciebus monadelpha *),

---

*) De Niss. arborea Hrb. Willd. jam dixi; N. glabrata Lk! quae ei proxima dicitur e genere excludenda est quum pedicellis trilinearibus medio articulatis ibique bibracteolatis habituque plane differat, genus tamen legitimum e specimine manco alabastra tantum gerente indicare non possum. Et Nissol. retusa W. excludenda mihi videtur; plantam enim sine fl. et fr. vidit auctor, et folium Hrb. n. 13066 servatum ad quodlibet aliud genus eodem referri potest jure quo ad Nissoliam.

---

*) Unicam ut ex additamentis ad calcem patet, vidi speciem staminibus diadelphis.

vagina (in flore aperto) superne, in nonnullis mox et inferne fissa (cf. species armatas); stamina diadelpha teste DC. et Jcq. in M. diadelpho et arboreo (Nissol. auct.) inveniuntur. — Ovarium compressum est lineare stipitatum, interdum vero longissime in stipitem attenuatum (in M. armato, Humboldt. violaceo) et tunc subfalcato-curvatum in M. armato et Humboldtii; stipes compressus plerumque c. ovario modo pilosus, rarius (in M. nigro) glaber ovario piloso, basi vaginula inclusus. — Vaginula libera est, decemcostata, ore suboblique truncata; plerumque ampla, in M. nervoso stipitem arcte cingens elongata (fere 1½‴ alta). Ovulum in omnibus speciebus quas floriferas vidi unicum est sutura superiore affixum. — Legumen indehiscens basi pericarpio sublignoso semen includit intus glabro; ala modo recta est (M. mucronatum, ferrugineum) modo adscendens (M. robiniaefol.) nunc curvata (M. Humboldt. verrucosum etc.) nunc subfalciformi-curvata (M. acuminatum HKth!). Plerumque ala superne convexa legumen cultriforme reddit, sed tota longitudine et subaequilata occurrit (in M. robiniaefol.), quod utrumque in M. acutifolio in. observatur; apice rotundata est et obtusa (in M. opaco, mucronato) seu rotundata et styli basi persistente apiculata (in M. acutifol., stipitato) seu acuta (in M. oblongifol., vestito).

Affinitas generis sine dubio summa cum Dalbergieis est, de qua re cf. quae ad M. angustifol. adjeci; contra Nissoliae quoque valde affine est, quae habitu et legumine ad Hedysareas quadammodo accedit et ita (ut Brya) Dalbergieas c. Hedysareis conjungit.

Genus omnino tropicum et (excepta dubia Niss. reticulata Lam.) Americanum imprimis Brasiliam incolit; si enim N. quoque arboream Jcq. cum eo conjungis (speciebus jam memoratis exclusis) in DC. Pr. 11 enumerantur species huic generi adscribendae, quarum duae Brasilienses; ego hic 16 novas Brasilienses *) addidi, 2 in aliis terris lectas, ita ut 18 species notae sint quae in Brasilia, 11 quae aliis crescunt regionibus.

MACHAERIUM Pers.

I. INERMES.

1. *M. verrucosum* m. M. petiolo racemisque **) patenti-hirsutis, foliolis 3—5 oblongis obtuso-acuminatis hirsuto-pubescentibus, legumine incurvo cultriformi glabro.

Rami teretes cortice albido cinerascente multis verrucis tecto, glabri vel (impr. juniores) pilis brevibus subcinereis patenti-hirsuti. Folia alterna impari-pinnata; petiolus communis sub 2 pollicaris, teres, basi parum incrassatus pilis patentibus aureo-flavidis hirsutus, dein plerumque subglaber; foliola 3—5 alterna, brevissime petiolulata, oblonga, brevi et subobtuso-acuminata, minora interdum suborbicularia ovatave, integerrima, basi plerumque rotundata rarius subcordata, utrinque et imprimis margine hirsuto-pubescentia, nitida, consistentia subchartacea, nervis vix prominentibus, magnitudine ab apice ad basin decrescentia, foliolo impari usque 2½" long. 1½ lato, foliolis minoribus circiter pollicaribus. Flores racemosi. Pedunculi communes singuli vel bini ternive axillares, teretes ut pedunculi patenti-hirsuti, pollicares et ultra; flo brevissime pedicellati vel sessiles; basi pedicelli bractea ovato oblonga, acuta, concava, extus hirsuta, pedicellum superans. Calyx campanulatus, 1½''' altus, 5-dentatus, extus hirsuto pubescens; dentibus parvis obtusiusculis subinaequalibus; basi calycis bracteolae 2 oblongae, adpressae, deciduae, calyce minores, vix 1 linea longiores, hirsuto-pubescentes. Corolla calyce circ. 3-plo major, petalis stipitatis, (in sicco) atroviolaceis, subaequilongis, cum staminibus paulo supra calycis basin insertis; vexillum subrotundo-ovale, in stipitem brevem attenuatum, oblique adscendens vel patens; extus pilis aureo-flavidis adpressis pubescens; intus glaberrimum; alae suberectae, suboblongae, inaequilaterae, basi superne subdentatae, extus ut vexillum pubescentes; carinae petala suberecta, suboblonga, apice superne subacuta, dorso supra stipites connata ibique aureo-flavido-pubescentia. Stam. 10 filamentis monadelphis, subsemiliberis, glabris, vagina superne fissa; antherae oblongae. Ovarium stipitatum erectum, compressum, lineare, hirsutum; stipes calycem aequans, hirsutus, basi vaginula non arcte inclusus 10-costata; stylus compressus adscendens glaber. Legumen stipitatum, incurvum, cultriforme, in alam nervosam obtusam desinens, denique glabrum (glaucescens?) cum stipite compresso 2½" longum, ala ultra ½" lata. — Legumen immaturum vidi.

---

*) Quibus tres ad calcem additas species si adnumeras, 19 habes Brasiliae species novas.

**) „Racemos" dixi racemos simplices axillares; „racemos compositos" qui axillares ramulis sunt instructi; „racemos paniculatos" qui axillares et terminales apice ramulorum approximati amplam efficiunt et patentem inflorescentiam.

Sellow legit inter Campos et Victoria; Luschnath pr. Rio Janeiro.

2. *M. oblongifolium* m. M. petiolo hirsuto-tomentoso, foliolis 5 oblongis obtuso-acuminatis subglabris, racemis subcompositis tomentosis, legumine incurvo subglabro, ala subaequali.

Rami teretes verrucosi; ramuli e tereti subcompressi pube subtomentosa sordide aureo-ferruginea tecti. Folia petiolo communi sub 3-pollicari tereti sordide aureo-ferrugineo tomentoso; foliola 5 alterna, brevi petiolulata, oblonga, basi rotundata vel foliolo impari subcuneato, apice brevi et obtuso-acuminata, subchartacea, subnitida, glabra nervus tantum medius subtus pube qua petiolus tectus, usque 3''' longa, ultra 1'' lata. Flores subsessiles; pedunculi communes breves, usque 1½''' longi, fasciculati vel singuli (4—1) in axillis foliorum, subpenduli: racemi interdum compositi. Calyces et petala extus aureo-sericea. Legumen incurvum glabrum vel hinc inde pilis singulis adspersum, stipite compresso basi subhirsuto; ala in tota longitudine subaequilata, nervosa, apice acuta, styli basi persistente apiculata.

Adest forma foliolis parum minoribus utrinque (supra magis) pubescentibus, apice obtusis rarius subacuminatis; hujus tantum flores examinavi: calyx campanulatus, circ. 2''' altus, 5 dentibus subaequalibus rotundato-obtusis, 2 superioribus parum brevioribus; bracteolae tertiam circ. calycis partem aequant. Vexillum lamina ovali in stipitem attenuata extus adpresse pubescens; carina erecta petalis supra stipites connatis apice obtusis; alae basi in stipitem attenuatae. Ovarium erectum c. stipite subferrugineo-pubescens; vaginula ore subobliquo-truncata.

Sellow leg. in Bras. merid.

3. *M. Brasiliense* m. M. petiolo subpubescente, foliolis 5—7 oblongis acuminatis glabris, racemis dein glabris, legumine incurvo cultriformi glabro glaucescente. —

Rami teretes, glabri, cortice cinerascente albido costato verrucoso tecti; ramuli tomento sordide fusco obducti. Folia sub-3-pollicaria; foliola oblonga vel ovato- vel elliptico-oblonga, utrinque nitida, supra laevia glabra, subtus nervosa, nervo medio saepius denso-pubescente, consistentia chartaceo-coriacea, ultra pollicem longa, circ. 8''' lata, acumine obtuso ultra lineam longo. Leg. cultriforme, 2½'' longum, ala 8''' lata, stipes compressus ½'' longus; unicum v. immaturum et id glabrum, glaucescens.

Luschnath legit pr. Rio Jan.

4. *M. violaceum* m. M. petiolo glabro, foliolis 7 lanceolato-oblongis obtuso-acuminatis subtus adpresse puberulis, racemis paniculatis rhachi tomento argenteo sericea.

Petiolus communis sub 4″ longus; foliola saepius basi cuneata, chartacea, ultra 2″ longa, circ. 9‴ lata, supra glabra. Flores subsessiles. Calyx dentibus obsoletis petalaque violacea, extus spadiceo-fusco sericea; bracteolae minimae squamaeformes connatae. Ovarium erectum compressum in stipitem attenuatum, pube denso adpresso hirtum.

Sellow leg. in Bras. merid.

Observ. Duae species in Guiana gall. a cl. Poiteau lectae, quas in Hrb. Kunth. observavi affines sunt, quarum altera Nissol. quinata Aubl. t. 297 esse videtur, quacum icone plane convenit, sed foliola subtus glaucescentia ibique nervis prominentibus pube ferrugineo-hirsuta sunt nec velutina ut DC. dicit. Altera species nova est:

M. nervosum m. M. petiolo racemisque paniculatis velutinis, foliolis 7—9 oblongis subacutis mucronatis subtus glaucescentibus nervosis pubescentibus. —

Petiolus communis usque 3″ longus tomento subferrugineo velutinus; foliola oblonga, chartacea, subtus hirsuto-pubescentia nervisque prominentibus ferrugineo-tomentosa. Racemi rhachi angulata; flores breviter pedicellati; calyx extus sericeus dentibus obsoletis, sub 2‴ altus; bracteolae dimidium fere calycem aequantes subrotundae sericeae. Alae carinaque glabrae; vexillum sericeum. Vaginula stipitem ovarii arctius cingens quam in ceteris longior (sub 1½‴ alta); ovarium c. stipite sericeum. — Species omnino priori affinis, sed primo adspectu cognoscenda foliolis latioribus, floribus minoribus.

5. ***M. glabrum*** m. M. foliolis 7—9 oblongo-ovatove-ellipticis longe et obtuso-acuminatis, racemis subcompositis, legumine rectiusculo subcultriformi.

Tota planta (fructifera) glabra; folia petiolo communi striato 4-pollicari; stipulae e lata basi lanceolatae acutae, striatae; foliola basi saepius ciliata, membranacea, utrinque prominenti reticulato-venosa, chartaceo-membranacea, subbipollicaria, 6—9‴ lata. Racemi axillares plus minus compositi, rhachi compressa subbipollicari. Legumen c. stipite ultra 3″ longum, ala subrecta obtusiuscula styli basi apiculata sublutea 9‴ lata.

Sellow leg. in Bras. merid.

6. ***M. acutifolium*** m. M. petiolo racemisque compositis glabris, foliolis circ. 13 ovato-oblongis acutis subglabris, legumine subrectiusculo cultriformi glabro.

Rami compressi, glabri, verrucosi. Petiolus subteres semipedalis et ultra; foliola apice acuta vel obtusiuscula, chartacea, subglabra, utrinque prominenti reticulato-venosa, supra nitida, 2—3″ longa, circ. 1″ lata. Racemi axillares, subcompositi, singuli, bini, ternive, foliis minores; rhachis compressa, 1—3″ longa. Legumen plerumque rectiusculum ala vel subaequali vel cultriformi, subrotundato-obtusa, glabra, stylo apiculata.

Sellow leg. in Brasil. merid.

7. ***M. opacum*** m. M. petiolo tomentoso-hirsuto, foliolis 13—17 oblongis basi cordatis subtus nitenti-pubescentibus, racemis subcompositis subvelutino-tomentosis, legumine recto cultriformi glabro.

Rami teretes, glabri, verrucosi; ramuli compressi, plus minus tomentosi. Petiolus communis compressus, tomento aureo-flavido hirsutus, 6—7″ longus; foliola oblonga seu ovato-oblonga basi cordata, obtuso-acuminata seu acuta, supra opaca, subtus pilis aureo-flavidis dense pubescentia ultra 2″ longa, 1″ lata. Racemi axillares compositi vel subsimplices, 2—4″ longi. Flores subsessiles, parvi; calyx bracteolaeque, tertiam ejus partem aequantes, sericea; vexillum extus carinaque dorso sericea. Ovarium erectum ejusque stipes sericeo-hirsutum. Legumen rectum; ala cultriformis apice rotundata non apiculata, deinde glabrum, circ. 2″ longum, 9‴ latum ubi latissimum.

Sellow leg. in Brasil. merid.

8. *M. nigrum* m. M. petiolo tomentoso, foliolis circ. 13 oblongis acutis submucronatis subtus pubescentibus, racemis paniculatis rhachi subargenteo-sericea.

Folia petiolo comm. ultra semipedali, tereti; foliola oblonga, basi rotundata seu (superiora) cuneata, apice acuta interdum acumine minimo mucronata, supra nitida (in sicco) violaceo-nigra, hinc inde pilis albidis adspersa, subtus imprimis nervis prominentibus tomento sordide-flavescente pubescentia, sub 3″ longa, 1″ lata. Racemi paniculati ramis erecto-patentibus, rhachi ultra semipedali subangulata; bractea minima, concava basi florum sessilium una cum bracteolis simillimis tribracteolati calycis speciem efficit. Calyx tubuloso-campanulatus, minute 5-dentatus, extus e brunneo purpureo-sericeus; bracteolae quartam calycis partem aequantes, tomentosae, colore medio inter bracteas sordide albidas et calyces. Petala (in sicco) ex violaceo atra; vexillum extus carinaque dorso sericea; ovarium subhirsuto-sericeum stipite glabro nigro; stylus glaber, niger, adscendens, e tereti compressus; vaginula brevis ampla.

V. specim. 1 floriferum in Hrb. Kth. lectum pr. Rio Jan. a cl. Gaudichaud.

9. *M. villosum* m. M. petiolo foliolisque 19—25 lanceolato-oblongis acutis villosis, racemis compositis villoso-tomentosis, legumine subrecto vix cultriformi subglabro.

Ramuli compressi, tomentosi vel pubescentes; folia petiolo 7—10″ longo; foliola superiora saepius basi cuneata, utrinque albido-villosa, dein imprimis supra subglabra, consistentia chartacea, 2—3″ longa, circ. 6‴ lata. Racemi axillares paniculato-compositi, 4—7″ longi, albido tomentosi, dein subglabri, pedunculis compressis; flores parvi atro-violacei extus sericei, bracteolae dimidio calyce breviores. Ovarium c. stipite sericeo-hirsutum.

Sellow leg. in Brasil. merid.

10. *M. leucopterum* m. M. petiolo racemisque tomentosiusculis, foliolis 5 ellipticis acuminatis puberulis, legumine incurvo cultriformi, ala albida.

Rami glabri; folia petiolo comm. 1—1½″ longo; foliola elliptica seu ovato-oblonga, impari majore, utrinque pilis singulis adspersis, consistentia membranacea, ½—1½″ longa, medio circ. ½″ lata. Racemi axillares, pauciflori, foliis breviores. Legumen basi subfuliginoso-fuscatum, ala albida apice rotundata, stipite ferrugineo-tomentoso. Semen reniforme, exalbuminosum circit. 5‴ longum; testa tenui-membranacea rugosa brunnea; cotyledones crassae intus planae, extus convexae, radicula incurvo-inflexa, plumula magna.

Sellow leg. in Bras. merid.

11. *M. stipitatum* (N. stipitata DC. Pr. 2 p. 258). M. petiolo foliolisque 9—13 lanceolato-ellipticis subglabris, racemis tomentosiusculis, legumine incurvo cultriformi glabro.

Rami teretes, plurimis verrucis albidis tecti. Folia petiolo comm. 2—3″ longo, tenui; foliola lineari-oblonga, utrinque attenuata, apice in longum et obtusum acumen elongata, membranacea, 1″ longa et ultra, medio circ. 3‴ lata. Legumen plerumque Lamarckii iconem ill. t. 600. f. 1. exacte refert (quam ob rem et huic speciei Decandollii imposui nomen), sed interdum parum recedit ala angustiore seu latiore, quae apice magis minusve rotundata, styli basi apiculata est. Racemi axillares folio multo minores.

Sellow leg. in Brasil. merid.

12. *M. vestitum* m. M. petiolo racemisque tomento subferrugineo hirsutis, foliolis 7—13 angusto-oblongis acuminatis margine nervoque medio subtus hirsutis, legumine incurvo subcultriformi glabro.

Ramuli subcompressi, tomento subferrugineo hirsuti. Folia petiolo comm. compresso 3″ longo et ultra; foliola ultra pollicaria, circ. ½″ lata, adulta omnino glabra, chartaceo-subcoriacea. Racemi axillares simplices folia dimidia fere aequantes. Legumen rectiusculum vel incurvum, subcultriforme, apice acutum, stylo apiculatum, glabrum, c. stipite semipollicari circ. 3‴ longum, ala medio circ. 6‴ lata.

Sellow leg. in Brasil. merid.

Observ. Speciem hic collocandam vidi in Hrb. Kunth. in Martinica aut Portorico insulá lectam; e descriptione brevi quam Decandoll. in Pr. 2. p. 258 de Nissol. robiniaefolia sua dedit ad hanc referenda videtur:

M. robiniaefolium. M. petiolo pubescente, foliolis circ. 19 angusto-oblongis subretusis subtus puberulis, racemis compositis tomentoso-pubescentibus, legumine basi subfalcato pubescente, ala subaequali.

Petiol. comm. circ. 4″ longus, hirsuto-pubescens, dein fere glaber; foliola ultra pollicem longa, ½″ lata, basi rotundata, apice subretusa, submucronulata, subtus pilis hinc inde adspersis, chartacea, subtus pallida, nitentia. Racemi axillares, compositi; rhachi subangulata tomento denso pubescente. Legumen basi falcato-curvatum; ala latitudine subaequali pubescente nervosa; stipes calyce duplo longior tomentoso pubescens.

13. *M. mucronatum* m. M. petiolo pubescente, foliolis 17—23 oblongo-linearibus acutis mucronatis subglabris, racemis tomentosis, legumine recto vix cultriformi tomentoso.

Ramuli et foliola subtus tomento aureo-ferrugineo pubescentes dein subglabri. Petiolus comm. sub 3-pollicaris; foliola circ. 9''' longa, 2''' lata, nervo medio brevi excurrente mucronata. Racemi axillares pauciflori, foliis multo breviores, tomentosi. Legumen c. stipite sub 8½'' longum 1'' latum totum subaureo ferrugineo-tomentosum, dein subglabrum; ala nervosa medio vix quam ad basin latior, apice obtusa, non apiculata, subrubra.

Sellow leg. pr. Rio Janeiro.

II. ARMATAE.

14. *M. armatum* m. M. petiolo tomentoso-hirsuto, foliolis 29—35 lineari-oblongis subretusis subpubescentibus, racemis paniculatis tomentosis.

Arbor circ. 20' alta (test. Manso et Lhotzky); rami teretes, pubescentes, stipulis persistentibus aculeatis; ramuli juniores compressi, tomentosi. Folia alterna: petiolus comm. subcompressus, sordide fuscescenti-tomentosus, 5'' longus, basi aculeis binis compressis apice recurvis denique glabris stipulatus; foliola circ. 29—35 alterna, lineari-oblonga, basi inaequilatera, apice subretusa, subtus nitentia, pilis singulis nitentibus (imprimis subtus nervo medio) hinc inde pubescentia, 12—14''' longa, 4''' lata, brevissime petiolulata. Racemi paniculati, ampli, sordide tomentosi. Pedunculi plures aggregati, compressi, basi stipulis subaculeatis foliorum similibus armati; flores pedicellati; pedicelli circ. $1\frac{1}{2}'''$ longi. Calyx campanulatus 5-dentatus, $2'''$ altus, extus subsericeo-pubescens vel glaber, dente 5to parum longiore; bracteolae suborbiculatae calyce plus dimidio breviores. Corolla calyce duplo longior; vexillum extus albido-sericeum, patens; alae obliquae, subrhombeo-oblongae, apice rotundatae; carina subfalcato-curvata apice obtusata. Staminum vagina deinde inferne quoque ex parte fissa. Ovarium compressum sericeo-hirsutum in stipitem longe attenuatum, falciformi-curvatum.

Manso et Lhotzky legerunt c. flore mense Sept. in regione Cujabà provinciae Matto Grosso.

15. *M. sericiflorum* m. M. petiolo racemisque paniculatis tomentosis, foliolis 19—25 lineari-ovalibus subtus villosis.

Racemi rhachis tomento sordide fusco, pedunculi tomento ex albido flavo obducti; bracteolae ut calyx et vexillum extus albido-sericeae; calycis dentes subacuti. Ovarium brevi stipitatum non ut in affinibus in stipitem longe attenuatum. Folia basi aculeis, compressis apice recurvis stipulata, petiolo $3''$ longo tereti sordide fusco-tomentoso; foliola apice subretusa, brevissime mucronulata, basi inaequilatera, supra subglabra, subtus villosa, $6'''$ longa, $4'''$ lata.

Sellow leg. in Brasil. merid.

16. *M. splendens* m. M. subglabrum foliolis circ. 19 lineari-oblongis retusis basi cuneatis subtus caesio-nitentibus, racemis compositis, legumine incurvo cultriformi glabro. —

Ab anteriore differt imprimis omnium partium glabritie. Foliola magis oblonga quam anterioris basi inaequilatera cuneata, supra cinereo-fusca vel griseo-fucata, subtus subcaesia nitentia nervo medio aureo-splendente, 6—8''' longa, 2—3''' lata; hinc inde pilis singulis adspersa. Racemi axillares compositi folio minores aculeati. Legumen ala apice rotundata vix apiculata hinc inde pilis singulis adspersis, c. stipite 3—4 lineari 1½'' longum.

Sellow leg. in Brasil. merid.

17. *M. angustifolium* m. M. petiolo tomentoso, foliolis 30—61 linearibus subglabris, racemis paniculatis velutinis.

β. ? foliolis minoribus lineari-oblongis.

Rami teretes, glabri, ex atro-cinerascentes, striati, verrucosi, juniores ex purpureo sordide fuscescenti tomentosi hinc inde scabri. Aculei stipulares lati, compressi, patentes recti (deinde curvati?). Folia petiolo comm. 5—7'' longo tomento ex atro-purpureo fusco obducto; foliola permulta linearia, angusta, subcurvata, basi inaequilatera, apice retusa, subglabra, supra (in sicco) subatra, opaca, subtus subcaesio-nitentia rarius pubescentia, 8—9''' longa vix lineam lata. Racemi paniculati, ampli, fuscescenti-velutini, aculeati; pedunculi singuli vel aggregati, breviores longiores, pedicellis brevissimis (quam linea brevioribus). Calyx et bracteolae lato-ovatae subglabra; vexillum extus pubescens; carinae petala apice curvata; staminum vagina mox inferne quoque fissa; ovarium falciformi-curvatum in stipitem longe attenuatum, vaginula suboblique truncata basi inclusum.

Var. β. quae fortasse propriam sistit speciem (Mach. aculeatum Raddi?) differt imprimis foliolis minus elongatis, latioribus (2''' latis) supra plerumque (in sicco) viridibus.

Sellow leg. inter Campos et Victoria.

Observ. Haec species et M. armatum m. habitu et imprimis ovario in stipitem longe attenuato curvato (quale et in M. Humboldtiano m. invenitur) plane Drepanocarpum genus referunt, ita ut quo modo floriferae ab hoc genere distinguantur nescio; sed ovaria jam maturescentia ala instructa me genus docuerunt. — Hic quidem species adhuc memoranda est elegantissima; quae olim ab illustrissimo Alex. ab Humboldt lecta usque nunc in Herb. Willdenow. latuit n. 13065 nomine Nissol. aculeata:

Mach. Humboldtianum m. M. petiolo glabro, foliolis 5 oblongis glabris obtuso-acuminatis, racemis paniculatis pubescentibus, legumine incurvo cultriformi glabro.

Arbor 12—20′ alta; rami teretes, puberuli, substriati. Folia alterna impari-pinnata, basi aculeis binis fortibus uncinato-recurvis basi compressis stipitata 4—5‴ longis; petiolus communis basi incrassatus, subteres, substriatus, glaber; foliola 5 alterna, oblonga, basi rotundata vel subattenuata, apice obtuso-acuminata, margine incrassata, venis plurimis approximatis transversis ubi a costa oriuntur cum hac subparallelis raro anastomosantibus striata, nervo medio subtus incrassato, glaberrima, supra saepius ex atro, subtus laete et splendide viridia, 2—2½″ longa, 6—9‴ lata; pedicellus brevis rugosus medio leviter canaliculatus, 1½‴ longus. Racemi dici possunt laxe paniculati, rhachi subtereti, striata, pubescente, pedunculis aggregatis (4—5) basi 2 aculeis stipatis; sed haec nunc dicta rhachis (in hac et affinibus) ramulus est foliis orbatus e quorum axillis pedunculi illi orti sunt, quod jam patet ex aculeis stipularibus; pedunculi sub-20-flori, rarius ramosi. Pedicelli basi bractea squamaeformi muniti, 1½‴ longi, pubescentes. Calyx campanulatus, 5-dentatus, extus substriatus, pubescens, 2‴ longus; dentes calycini parvi, 5tus quam laterales parum longior, ut hi acutus, 2 superiores minus inter se partiti obtusi, interdum omnes (excepto 5to semper acuto) rotundato-obtusi; bracteolae rotundatae, calyci adpressae, 4tam seu 5tam ejus partem aequantes, membranaceae, pubescentes. Corolla calyce duplo longior: vexillum subovali-oblongum, emarginatum, basi unguiculatum, patens, extus sericeum; alae vexillum subaequantes, stipitatae, parum superne curvatae, apice rotundatae, basi superiore obtuse et minute dentatae; carina bipes alis brevior, subfalcato-curvata, apice obtusiuscula, basi dentata. Stamina monadelpha, vagina superne tota, inferne deinde ex parte fissa; filamentis 4tam circ. partem liberis. Ovarium lineari-compressum, in flore aperto falciformi-curvatum, in stipitem longe attenuatum, hirsuto-sericeum; vaginula subobtuse truncata. Legumen incurvum, cultriforme, ala obtusa pubescente, denique glabrum; stipes calyce duplo longior.

Habitat in vallibus Araguensium.

Observ. Ex mss. Humboldt. quae cl. Kunth benigne mecum communicavit arbor ab incolis Nungue de Gato vocatur; aliud nomen vernaculum est Sangre de Toro ob succum rubrum qui ex trunco inciso destillat et in aëre servatus in gummi coagulatur.

DALBERGIA L. Fil. (excl. sp.) Roxb.

Ex hoc genere, quod usque nunc speciebus Asiaticis atque Africanis compositum est, 3 adsunt species, quae nisi floribus minoribus et inflorescentia singulari modo ramosa non differunt. Primo credas has species calyces bibracteolatas habere. In omnibus enim Dalbergieis pedicellus apice plus minus cum calyce articulatus est ibique excavatus; partes hujus excavationis laterales in pluribus minimae sunt, in aliis distinctae; ita in D. sissoide Grah. (Wight Hrb. pr. n. 931!) margines parum incrassati subcallosi sunt, in Dalb. frondosa Roxb. parvae quidem sed subconcavae membranaceae, in Ecastophyllo Monetaria plane bracteolarum speciem ferunt nec minus in plantis nostris Americanis. Has partes bracteolas mentientes talia organa foliacea non esse ex eo jam patet quod in Platymiscio m. (quamvis parvae) adsunt, ubi insuper bracteolae fugaces inveniuntur.

A. Species Asiaticae et Africanae, floribus majoribus.

B. Spec. Americanae, floribus minoribus.

1. *D. variabilis* m. D. ramulis subglabris, petiolo pubescente, foliolis 5—11 oblongis subtus pilis aureis hirtis, paniculis ramosis tomentosis folio brevioribus.

β. foliolis lanceolatis.

Frutex subscandens; rami teretes, subglabri, verrucosi; ramuli plus minus compressi, glabri vel tomentosi. Folia alterna, petiolo comm. 2—4-pollicari pube brevi tomentosa; foliola 5—11 alterna, brevi petiolulata, oblonga ovatove-oblonga seu lanceolato-oblonga, in β. plerumque plane lanceolata, apice plus minus acuta vel acuminata, mucronulata, basi rotundata vel (impr. fol. impari) cuneata, inde a 8—9‴ usque 2½″ longa, supra distincte reticulato-venosa subglabra nitida, subtus nervis venisque minus prominentibus pilis aureonitentibus adpressis hirta, sed nervo medio supra impresso subtus maxime prominente semitereti, consistentia subcoriacea in quibusdam speciminibus, quae et colore laetius viridi insignia erant, submembranacea; color foliorum omnino e brunneo viridis. Racemi valde ramosi, paniculati: pedunculus communis circ. 2″ longus, subcompressus plus minus pube subaureo tomentosus, 1 pollicem altus indivisus, tum ramulos nunc singulos nunc binos ternosve format suberectos dum ipse horizontalis vel patenti-adscendens est; ramuli eodem modo dividuntur, subcompressi tomentosi et pedunculi ex iis orti erecto-patuli pedicellos brevissimos suberectos gerunt; tota inflorescentia cymae interdum non dissimilis; basi ramificationum bractea invenitur subovata, acuta, decidua. Calyx basi pedicello excavato bibracteolatus; partes bracteolas mentientes rigido-membranaceae, lineari-oblongae, subconcavae, extus tomentosae, calyce minores. Calyx campanulatus basi parum acutus, 5-dentatus, extus pilis densis hirtis aureis tectus, vix 1‴ altus; dentibus tertiam circ. partem aequantibus, 2 superioribus rotundatis et lateralibus acutis subaequilongis, 5to longiore erecto-recurvato. Corolla petalis breviter stipitatis, subaequilongis, calycem circ. duplo superantibus, luteolis, glabris; vexillum suberectum, lamina oblonga basi cordata apice rotundata subemarginata complicata; alae oblongae, erectae, basi attenuatae, apice rotundatae; carinae petala subsemi-oblonga, erecta, apice rotundata, basi supera dentata, dorso connata, genitalia includentia. Stamina 10 monadelpha, vagina superne fissa. Ovarium compressum, oblongo-lineare, utrinque attenuatum, pilis hirtis aureis adspersis, stipite basi vaginula non incluso; stylus omnino glaber e tereti compressus latere superiore saepius aureo-pubescens; stigma oblique-truncatum subcallosum. Legumen stipitatum, indehiscens, compresso-planum, membranaceum, monospermum, oblongum, utrinque attenuatum, apice subrotundatum styli basi apiculatum. Semen in medio legumine sutura superiore affixum, loculo intus sublignoso extus nervoso inclusum, exalbuminosum, subreniforme, 4‴ longum, 2‴ latum, radicula inflexo-curvata, cotyledonibus corneis tenuibus.

Sellow leg. pr. Rio Jan., inter Campos et Victoria aliisque locis Brasiliae merid.

2. ***Dalb. tomentosa*** m. D. ramis subcompressis tomentosis, petiolo patenti-hirsuto, foliolis 9—11 oblongis subtus pubescentibus, paniculis ramosis velutino-tomentosis.

Rami e tereti compressi pube cinerea densa tomentosi. Foliola oblonga vel ovato-oblonga, acuta, mucronata, utrinque imprimis subtus pubescentia, subbipollicaria; petiolus comm.

5—6 pollices longus. Racemi tomento aureo-ferrugineo denso velutini. Leg. ignotum. Priori valde similis.

Sellow leg. in Bras. merid.

3. *D. Brasiliensis* m. D. ramis pubescentibus, petiolo tomentoso-hirsuto, foliolis 21—25 lineari-oblongis, paniculis ramosis tomentosis.

Petiol. comm. 7—8″ longus, teres, aureo-ferrugineo hirsutus; foliola supra glabra, nervo medio subtus hirsuta, 1½″ longa, 3″ lata, mucronata. Racemi ut in ceteris ramoso-paniculati, pube aureo-ferruginea tomentosi. Ab anterioribus differt imprimis foliolis angustioribus.

Sellow leg. in Bras. merid.

PLATYMISCIUM n. g. *)

Calyx basi bibracteolatus cupulato-campanulatus basi brevi attenuatus 5-dentatus, dentibus obtusiusculis brevibus (sinubus rotundatis) 2 superioribus parum minoribus approximatis; bracteolae subovatae deciduae. Corolla papil. calyce multo longior, petalis stipitatis cum staminibus supra calycis basin insertis, subinaequilongis; vexillum ovali-oblongum, subpatens, complicatum; alae erectae oblongae; carinae petala erecta subsemi-oblonga apice rotundata supra stipites dorso connata. Stam. 10 monadelpha, vagina superne fissa; antherae subrotundae dorso supra basin affixae biloculares e more familiae dehiscentes. Ovarium compressum lineari-oblongum 1-ovulatum, basi attenuatum in stipitem compressum longum; stylus compressus adscendens; stigma simplex. Legumen stipitatum indehiscens oblongum subobliquum compresso-planum submembranaceum monospermum; semen exalbuminosum, medio legumine sutura superiore affixum, reniforme, magnum, radicula inflexo-curvata, cotyledonibus compressis.

---

*) Nomen compositum e vocibus πλατυς (compressus) et μισκος (stipes) ob compressum leguminis stipitem.

Arbores? Brasilienses foliis impari-pinnatis stipulis deciduis floribus racemosis.

1. *Pl. floribundum* m. Pl. foliis 5 oblongis brevi acuminatis membranaceis, legumine membranaceo albido.

Truncus arboreus esse videtur; rami teretes sunt, glabri, verrucis oblongis albidis notati; ramuli foliiferi breves circ. pollicares oppositi; ad quodque eorum latus racemus nascitur ita ut 4 racemi (subverticillati) e quoque oriantur nodo. Stipulae 2 semiovato-lanceolatae circ. 2‴ longae, fugaces. Folia opposita, impari-pinnata; petiolus e tereti compressus, sub-3-pollicaris; foliola bijuga, brevi petiolulata, oblonga, brevi et obtuso acuminata, basi saepius cuneata, membranacea, utrinque prominenti reticulato-venosa, viridia, supra magis ex olivaceo-viridia, 2½″ longa, ultra 1″ lata. Racemi simplices, rhachi subcompressa crassiuscula deinde subpatenti-pendula, 3—4-pollicari supra medium florifera rarius infra hinc inde flores remotos gerente; flores ultra 30 approximati; pedicelli crassiusculi dispersi, 3-lineares, apice dilatati bracteolas connatas simulantes, patuli vel subpenduli; bracteolae 2 basi calycis ovato-oblongae acutae mox deciduae. Calyx cupulato-campanulatus basi attenuatus, pedicello brevior, glaber, 2‴ altus. Corolla calyce multo major, semipollicaris, glaberrima (e sicco luteola); vexillum oblique adscendens seu patens stipite calycem aequante; alae erectae, obliquo-oblongae, apice rotundatae, basi superne dentatae, ceteris petalis vix longiores; carinae petala erecta, oblonga, inaequilatera, apice rotundata, basi superne dentata, dorso supra stipites connata. Ovarium stipitatum compresso-oblongum, glaberrimum, stipes calyce subduplo longior; stylus sub angulo fere recto patens paulum curvatus. Legumen stipitatum, indehiscens, compresso-planum, oblongum, apice rotundatum, basi attenuatum, membranaceum, subalbidum ultra 2″ longum; stipes calycis basi persistente circumdatus, compressus, ultra ½″ longus. Semen exalbuminosum, subreniforme, pollicem fere longum, testa tenui, cotyledonibus intus planis extus parum convexis, rugosis, radicula magna inflexo-curvata.

Sellow leg. in Brasil. merid.

2. ***Pl. speciosum*** m. P. foliolis 5 oblongis longe acuminatis chartaceis, legumine coriaceo-membranaceo subfusco.

Unicum v. specimen fructiferum, quod quamvis priori satis simile sit speciei propriam tamen constituere videtur; differt foliolis multo majoribus (½ pedem longis) et imprimis legumine subcoriaceo basi magis rotundato subfusco.

Sellow leg. in Bras. merid.

MISCOLOBIUM n. g. *)

Calyx basi bibracteolatus subcampanulatus subbilobus: labium sup. minus profunde partitum dentibus rotundatis, labium infer. tripartitum dentibus angustioribus acutis 5to parum longiore erecto-recurvato; bracteolae fugaces. Corolla papil. petalis stipitatis supra calycis basin insertis; vexillum suberectum ovali-oblongum lateribus non reflexis ceteris petalis longius; alae erectae carina parum longiores; carina bipes petalis dorso connatis apice rotundatis. Stamina 10, diadelpha (9—1); antherae rotundatae parvae dorso supra basin affixae. Ovarium lineari-oblongum compressum, pauci-ovulatum, in stipitem attenuatum, glandulosum; stylus subcompressus, adscendens; stigma simplex. Legumen stipitatum compressum (indehiscens?) membranaceum, dispermum, stipite basi calycis sta-

---

*) Nomen compositum e vocibus *μισχος* (stipes) et *λοβὸς* (legumen) ob legumen stipitatum.

minibusque persistentibus incluso; semen oblongum, radicula inflexo-curvata.

Arbores? Brasilienses, foliis impari-pinnatis (stipulis fugacibus?), floribus paniculato-racemosis.

1. *Misc. violaceum* m. M. foliolis 15—21 ovato-oblongis.

Rami glabri, teretes; ramuli cortice striato (e sicco) rubro-violaceo. Folia alterna petiolo comm. e tereti subanguloso, interdum pubescente, (e sicco) atro, semipedali et ultra; foliola 15—21 brevissime petiolulata ovato-oblonga seu oblonga basi subcordata subobliqua apice subemarginata, (in sicco) subnigricantia, plerumque opaca, rarius nitentia, subtus nervis venisque parum prominentibus planis reticulata, ultra 1″ longa, basi 9‴ lata. Racemi axillares, ramosissimi, pedunculis subcompressis, pube subfusca tomentosis, circ. 3″ longis; pedicelli uniflori, compressi, apice parum dilatati, bracteolaeque lineari-oblongae subfusco-tomentosae. Calyces dein vix pubescentes, bracteolis triplo longiores, dentibus tubo triente breviores. Corolla (e sicco) violacea, 4‴ magna: vexillum calyce duplo longius, apice vix emarginatum; alae suboblongae, inaequilaterae, apice rotundatae, basi superne sub-eroso-dentatae; carinae petala basi subdentata. Ovarium lineari-compressum, 2-ovulatum, basi in stipitem attenuatum, apice subrotundatum, glandulis nigris adspersum; stylus suberecto-adscendens subcompressus. Legumen immaturum glabrum (e sicco) nigrum, c. stipite 1 1/2″ longum, 6‴ latum, stipes calyce multo longior.

Sellow legit in Bras. merid.

Observ. Adsunt rami foliolis multo-angustioribus lineari-oblongis inaequilateris omnino obliquis, quorum tantum fructus maturos vidi; sed haec specimina non propriam esse formam, quamvis foliolorum figura tantopere discrepat, docet specimen, quod folia fert nonnulla, quorum foliola a supra descriptis vix abhorrent, at ex quorum axillis ramuli oriuntur, in quibus petioli foliola ferunt illa angustiora, ut aliis adhibitis ramis omnes persequi possis transitus.

Tres Machaerii species novas nuper inter Brasiliae stirpes repertas dissertationi nostrae praelo jam commissae quum implicere non liceat, ad calcem subjungimus.

Mach. pedicellatum m. M. petiolo glabro, foliolis 5 oblongis obtuso-acuminatis glabris, racemis apice subferrugineo-tomentosis, pedicello calycem aequante, staminibus diadelphis. —

Petiolus communis circ. 2 — 2½″ longus, glaberrimus; foliola membranacea, oblonga, utrinque elliptico-attenuata seu basi ovata, apice (saepius longe) obtuso-acuminata, circ. 2″ longa 1″ lata, glaberrima, reticulato-venosa. Racemi axillares, pedunculo compresso apice subrecurvato, basi subglabro, apice plus minus pube sordide ferrugineo-aurea tomentoso; pedicelli ultra lineam longi, compressi, superiores bracteolaeque orbiculato-ovatae adpressae tomentosi. Flores 5‴ longi. Calyx campanulatus, 5-dentatus; dentes breves apice rotundato-obtusi, superiores latiores. Corolla violacea; vexillum quam cetera petala longius extus ferrugineo-aureum; carina bipes, petalis erectis dorso curvatis connatis apice rotundatis basi antice dentatis. Stamina diadelpha, decimo plane libero. Ovarium basi in stipitem attenuatum, subaureo-sericeum; stylus compressus, glaber, obliquo-adscendens; vaginula ovarii stipitem includens aequi-tubulosa, 10-costata, obliquo-truncata, antice altior. Leg. ignotum.

Manso et Lhotzky leg. pr. Rio Jan. c. fl. mense Novembr.

M. leiocarpum m. M. petiolo glabro, foliolis 5 oblongis obtuso-acuminatis glabris, racemis compositis tomentosis, floribus sessilibus, legumine parum incurvo cultriformi.

Tota pl. glabra exceptis floribus et inflorescentia. Ramuli teretes, glabri, albido-verrucosi. Petiolus communis semiteres circ. 3″ longus; foliola lato-oblonga utrinque elliptico-attenuata seu basi ovata, apice acuminata, chartaceo-coriacea, maxima 3″ longa, $1\frac{1}{2}$″ lata; acumen latum obtusum seu emarginatum. Flores subsessiles circ. 2‴ longi; bracteolae tertiam vix calycis partem aequantes adpressae lato-oblongae ut calyx pube ex atro-violacea tomentosae; calycis dentes brevissimi obtusi, superiores latiores rotundati; petala subviolacea, vexillo extus pubescente. Stamina monadelpha vagina antice fissa; ovarium c. stipite subalbido sericeum; stylus compressus, oblique adscendens, glaber. Legumen basi (in sicco) nigrum, ala parum incurva cultriformis apice rotundata seu subacuta brevissime apiculata; totum leg. 2″ longum glabrum; ala apicem versus ubi latissima sub $2\frac{1}{2}$″ lata.

Sellow et Luschnath leg. pr. Rio Jan.

Observ. Ambae hae species pr. M. oblongifolium et Brasiliense m. collocandae erunt.

Ad *M. opacum* m. notandum est

var. *rotundatum*: foliolis orbiculatis vel lato-ovatis, floribus minoribus.

Foliola in hac varietate (estne fortasse propria species?) 8—11 plerumque obtusa vel brevi acuminata. Flores omnino minores sunt magis approximati; bracteolae dimidium calycem subaequantes; stamina subdiadelpha, decimo basi c. ceteris connato. Leg. ignotum.

Sellow leg.

Inter species armatas nominandum est prope M. Humboldtianum:

M. discolor m. M. petiolo glabro, foliolis 7 elliptico-oblongis acuminatis glabris, racemis compositis pube subfusca tomentosis.

Ramuli teretes, glabri, verrucosi. Petiolus communis 3″ longus, glaber; foliola oblonga, utrinque elliptico-attenuata, apice subobtuso-acuminata, glabra, colore subtus pallida, rigide chartacea; nervorum distributio M. Humboldtiani similis sed venae magis anastomosantes. Basi petioli aculei stipulares 2 redunci basi compressi circ. 2‴ longi. Pedunculi pube adpressa nitente subferrugineo-fusca tecti. Flores c. pedicello circ. 4‴ longi; bracteae basi pedunculorum e basi ovata lanceolatae, erectae, rigidae, circ. 1½‴ longae, splendido-strigosae. Calyx campanulatus, striatus, 5-dentatus; dentes breves, subrotundati, subaequales; tubus glaber, dentes et bracteolae lato-oblongae pube strigosa tecta. Corolla ex atro violacea, vexillo extus subglabro; carina bipes, petalis erectis dorso curvatis connatis apice antice subrotundatis. Stam. monadelpha, vagina antice fissa. Ovarium basi in stipitem attenuatum ex albido aureo-sericeum; stylus compressus, glaber, subrecto-patens.

Sellow leg. in itinere inter Campos et Victoria.

Revision der Gattung Anoda

von

D. F. L. v. Schlechtendal.

Die Gattung Anoda, welche Cavanilles von Sida trennte (Dissert. I. p. 5. u. 38 ff. 1790.), erhielt ihren Namen, wie dieser Gelehrte sagt, von dem Worte Anoda, womit man sonst nach Joh. Burmann's Zeugniss eine der Sida ähnliche Pflanze bezeichnet haben soll. Vergleicht man jedoch die betreffende Stelle (Thesaur. Zeyl. p. 1.), so findet man, dass das Abutilon Avicennae (oder wahrscheinlicher eine ähnliche aber baumartige Species) so wie eine andere Art von Abutilon von den Ceylonesen mit dem Namen Anoda belegt wird. Auf solche Weise den asiatischen Volksnamen einiger Sida-Arten auf eine rein amerikanische Gattung zu übertragen, ist gewiss nicht zu billigen, jetzt indessen eben so wenig zu ändern, wie so manche andere übel gewählte Benennung, da es besser scheint, die schlechten Namen beizubehalten, als die Zahl der Synonymen ohne die dringendste Noth zu vermehren.

Die Unterschiede, welche Cavanilles bewogen, Anoda von Sida zu trennen, giebt er selbst (l. c. p. 5.) an:

„*Sidae* character sit: Capsulae quinque aut plures in orbem positae

Anodae: Capsula unica subtus hemisphaerica, superius plano-stellata, multilocularis, loculis monospermis" oder mit andern Worten: Sida soll fünf oder mehr in einem Wirtel stehende (ein- oder mehrsaamige) Früchte haben (welche sich von einander trennen), Anoda dagegen viele in einem Wirtel stehende einsaamige, welche innig mit einander verwachsen sind, so dass sie eine vielfächrige Kapsel mit einsaamigen Fächern darstellen, welche Kapsel unten halbkugelig, oben flach und sternförmig ist. Dieser Unterschied erscheint klar und deutlich, aber er ist es nur auf dem Papiere nicht in der Natur und daher hat sowohl Willdenow (Spec. pl. ed. W. II. 1800.) als C. Sprengel (Syst. veget. III. 1826.) diese Gattung nicht angenommen und De Candolle fragt, indem er sie beibehält (Prodr. Syst. veget. I. p. 458. v. J. 1824.) ob sie nicht ehr eine Section von Sida ausmache. Und in der That ist es zu bewundern, dass er dieser Ansicht nicht folgte, da er die Kunthschen Gattungen Gaya, Bastardia und Abutilon nur zu Sectionen der Gattung Sida macht. Vielleicht hat ihn eine gewisse Eigenthümlichkeit in der Tracht und das gemeinsame Vorkommen in Amerika, wo sämmtliche Arten beinahe auf Mexico beschränkt sind, bewogen, diese Gattungen getrennt von einander bestehn zu lassen.

Fasst man dies alles ins Auge, so möchte man fast glauben, dass eine Vereinigung oder Rückführung von Anoda zu Sida gut geheissen werden könnte, welcher Ansicht jedoch schon durch die von Kunth so trefflich dargestellten Gattungscharactere widersprochen wird. Und, indem wir diesem genauen Beobachter folgen, sprechen wir die Ueberzeugung aus, dass man in der natürlichen Gruppe der Malven ein besonderes Augenmerk auf den Bau und das Oeffnen der Frucht haben müsse, um deren Verschiedenheiten zur Bildung von Gattungen zu benutzen, welche desto haltbarer und fester sein werden, wenn andere Charactere selbst nur des Habitus sich dazu gesellen.

Betrachten wir nun Anoda in Bezug auf die Frucht, so finden wir sie auf folgende Weise gebildet: Der Fruchtkelch breitet sich mehr oder weniger flach aus, mit ihm ist, bis höchstens zur Hälfte, die untere convexere Fläche der zusammengesetzten Frucht *) verwachsen; deren einzelne Theile oder Früchtchen ihre Seitenwände im reifen Zustande nicht ausgebildet zeigen, daher also eine sogenannte einfächerige, mehrsaamige, mehr oder weniger sternförmige Frucht bilden, welche dadurch noch mehr sternförmig erscheint, weil bei vielen Arten jedes der einzelnen Früchtchen an dem Rande der untern und obern Fläche einen mehr oder weniger hervortretenden, in der Richtung der obern Fläche liegenden, nach aussen gerichteten Fortsatz oder Stachelspitze trägt. Diese Frucht öffnet sich auf die Weise, dass ein jedes Früchtchen sich mit seiner ganzen obern Wand, so wie mit der untern bis zu der Stelle, wo die Verwachsung mit dem Kelche beginnt, sowohl von dem nebenstehenden Früchtchen, als auch von der Mittelsäule trennt und seinen, wegen des Fehlens der Seitenwände leicht ausfallenden, Saamen mitnimmt. So würde man also diese scheinbar einfächrige Frucht, eine vielklappige nennen müssen, welche an den (freilich nicht vorhandenen) Scheidewänden aufspränge. Dillenius hat dies Verhältniss schon abgebildet und beschrieben; später Cavanilles. Sida unterscheidet sich nur durch stets geschlossene Früchtchen, welche sich bei der Reife von einander lösen und nun jede durch einen Scheitelriss aufspringen, so dass, da bei Anoda in der jungen Frucht noch

---

*) Polycarpidium vielleicht zu nennen, d. h. eine Frucht, bestehend aus 5 oder mehr in einem Verticillus um eine gemeinschaftliche Achse liegenden Früchtchen (carpidiis oder nicht so gut carpellis s. coccis).

Scheidewände vorhanden sind, die junge Frucht beider Gattungen ziemlich ähnlich ist.

Dem von Kunth in seiner Bearbeitung der Humboldtschen Pflanzen gegebenen Gattungscharacter von Anoda, wäre nur hinzuzusetzen, dass die Frucht auch dorso muticus sein kann, dass bei der Blumenfarbe auch der gelben Erwähnung geschehe und dass bei den Blättern wohl im Allgemeinen gesagt werden könnte sie seien basi latiora plus minusve cordata.

Alle Arten dieser Gattung scheinen einjährig zu sein, nur von seiner An. incarnata ist Kunth zweifelhaft ob sie nicht eine ausdauernde Staude sei. Ferner sind alle Arten in Mexico einheimisch und nur zwei derselben zeigen sich weiter verbreitet nach Westindien und den südlicher gelegenen Theilen des Festlandes.

Cavanilles, der Gründer der Gattung, stellt in der Dissertation drei Arten auf: *An. hastata* mit drei Varietäten, über deren gleiche Abstammung er jedoch in Ungewissheit ist und von deren einer er nur eine sehr schlechte Abbildung giebt; *An. triloba* und *Dilleniana*, welche beide er ebenfalls nur mittelmässig abbildet. Diese Arten fasste Linné als Varietäten unter einem gemeinschaftlichen Namen als Sida cristata zusammen und citirte zur Hauptform a) die Abbildung von Dillen im Hort. Elth. Taf. 2. zu welcher eine vortreffliche Beschreibung auf Pag. 3. gehört; b) den Hortus Cliffortianus und c) Van Royen's Prodromus des Leydener Gartens (p. 349. n. 4.). Zur Var. β. dagegen citirte er seinen Hortus Upsaliensis (p. 199. n. 3.) und eine zweite Pflanze in Van Royen's Werk (p. 349. n. 3.). Diese Citate vertheilt Cavanilles unter seine Arten auf die Weise, dass die Dillenische Figur allein zu A. Dilleniana, dagegen Linné Sp. pl. n. 21. ohne weitere Einschränkung, nebst dem unter var. β. befindlichen Citate Van Royen's zur An. hastata gebracht und die An. triloba als eine ganz neue Species aufgeführt wird. Wenn es allerdings gewiss ist, dass Linné zwei ähnliche Arten unter einem Namen zusammengefasst hat, so unterschied er doch sehr genau diese beiden als Varietäten und die eine derselben, zu welcher gerade Dillen's Abbildung gehört, bildet die Hauptform; es ist daher gewiss nicht zu rechtfertigen, wenn Cavanilles hier sehr willkührlich verfuhr und sehr unrichtig zitirte. Die Hauptform, welche sich auf Dillen's Bild stützt, musste den Trivialnamen cristata behalten (durch fructu cristato unterschied diese Art Dillen von allen andern Abutilon-Arten, zu welchen er sie rechnete) und nur die Var. β. Linné's konnte einen neuen Namen erhalten, den ihr auch Cavanilles gab, indem er sie auch nicht sehr passend hastata benannte.

Diesen drei früher aufgestellten Arten fügte Cavanilles in seinen Icones (Vol. V. v. J. 1799.) noch eine vierte hinzu, welche er sehr eigenmächtig Anoda parviflora nannte, da sie doch schon von Ortega An. crenatiflora genannt worden war. Kunth erweiterte die Gattung Anoda durch die von Humboldt gesammelte An. incarnata (1821), Reichenbach durch die von ihm beschriebene und abgebildete An. brachyantha (1824). De Candolle brachte die Sida triangularis Willd. und Sida acerifolia Zuccagni zu derselben Gattung (1824), zu welcher sich auch C. Sprengel's neue Sida centrota fügte (1827), so dass die Zahl der Arten auf neun angewachsen war.

Von vielen Seiten zur genauen Betrachtung und Bestimmung mexicanischer Pflanzen veranlasst, mussten auch die verschiedenen Arten von Anoda mit den bekannten und beschriebenen verglichen werden, wobei sich ein Resultat herausstellte, welches, von den bisherigen Annahmen etwas verschieden, sich wohl zu einer besondern Bekanntmachung um so besser zu eignen schien, als es hoffen liess, dass dadurch auch andere zur Beobachtung dieser Pflanzen in unsern Gärten, oder zu Bemerkungen über ihnen zur Ansicht gekommene Originalexemplare veranlasst werden könnten. Wir selbst haben ausser den im hiesigen botanischen Garten gezogenen Arten auch noch die Berliner Herbarien zu Rathe ziehen können und ausserdem manches wildgewachsene Exemplar zur Benutzung vor Augen gehabt, auch die betreffenden Werke so ziemlich alle gesehn und verglichen. Wir wollen daher versuchen, nun die Formen und Arten so zusammen zu stellen, wie sie uns zusammen zu gehören scheinen, indem wir die Abtheilungen De Candolle's fructu cristato und fructu mutico beibehalten.

Sect. I. carpidiis dorso mucrone breviore longioreve instructis (Anodae legitimae).

1. *Anoda cristata*, foliis infimis e cordata vel rotundata basi ovatis plus minus acuminatis et grosse dentatis; superioribus summisque subpanduriformi-acuminatis aut ovato-lanceolatis, aut subhastatis; aut trilobis quinquelobisve; pedunculis hirsutis elongatis summis folia superantibus, calycis fructiferi laciniis triangulis acute-acuminatis; petalis 9—12 lin. longis, calyce duplo longioribus emarginatis; fructu e carpidiis 15—20 composito, brevius longiusve mucronatis.

Sida cristata Linné sp. pl. ed. 2. p. 964. n. 21. excl. var. β.

Anoda Dilleniana Cavan. diss. 1. p. 40. t. 11. f. 1. (figura corollae sub littera a picta ad hanc speciem non pertinet.)

Anoda triloba Cav. diss. 1. p. 39. t. 10 f. 3.

Wenn wir diese beiden Arten des Cavanilles wieder vereinigen und unter dem ältern Namen aufstellen, so geschieht dies gestützt auf die Ansicht vieler theils frischer theils getrockneter Exemplare aus Gärten und aus dem Vaterlande, und gestützt auf eine genaue Vergleichung der meisten vorhandenen Beschreibungen. Anfangs glaubten wir, die Cavanillesischen Arten festhalten, ja durch Verschiedenheit der Frucht noch besser feststellen zu können, aber je mehr Exemplare verglichen, und zusammengestellt wurden, desto mehr wuchs die Ueberzeugung, dass es eine vielgestaltige Art sei, von welcher man wohl einzelne Formen ablösen und als Species aufstellen aber auf keine Weise durch haltbare und überall durchgreifende Charactere befestigen könne, und dass man entweder alle als selbstständige Arten trennen oder alle zu einer Art vereinigen müsse. Offenbar zeigte sich, dass die Länge der Randspitzen der Frucht, so wie die Zahl der Früchtchen in keiner Beziehung zu verschiedenen Blattformen stehe; dass die Grösse der Blume sehr an einem und demselben Individuum schwanke; dass die Zähne des Blattrandes bald fehlen, bald vorhanden sind; dass die Blattform so vielfache Modificationen zeige, dass es nicht möglich sei, nach deren einzelnen Formenverschiedenheiten nur Varietäten, geschweige denn Arten aufzustellen; dass dagegen die übrigen Merkmale, der Kelch, die Gestalt der Blumenblätter, der Saamen, die Behaarung (welche nur in ihrer Menge zuweilen etwas abändert), gänzlich übereinstimme; dass daher Arten auf blosse Formverschiedenheiten der Blätter gegründet, sehr unsicher sein müssen. Um eine Uebersicht der verschiedenen beobachteten Formen zu geben, mögen sie hier kurz geordnet nachfolgen:

Erste Abtheilung: die Fruchtspitzen so lang oder länger als der Radius der Frucht.

A. Die Blätter aus breiter, selten schwach herzförmiger, häufig fast gerad' abgestutzter Basis, mehr oder weniger verlängert-dreieckig, grobgesägt, die untern rundlicher schwach-dreilappig, die obersten schwach spiessförmig; die Blumen Zoll lang, kaum doppelt so lang als der Kelch (welcher 7—8 Lin. misst); die Fruchtspitzen so lang oder fast so lang als der Fruchtradius. Hierher gehören die Abbildungen von Dillen und Cavanilles, jedoch ist bei letzterer die besonders gezeichnete Blumenkrone ganz unrichtig; auch in unsern Gärten ist diese Form gewöhnlich.

B. Nur die untersten Blätter breit eyförmig ganz oder etwas eckig und sehr gross gezähnt, alle übrigen 3- und 5-lappig mit stark (je höher desto stärker) verlängertem Mittellappen, übrigens ganzrandig und nur an den tiefern einige Zähne; die Blumenkrone über doppelt so lang als der Kelch; die Fruchtspitzen länger als der Fruchtradius. Von dieser Form sah ich wildgewachsene und kultivirte Exemplare.

Zweite Abtheilung: die Fruchtspitzen kürzer als der Radius der Frucht.

C. Die Blätter aus eyförmiger oder schwach herzförmiger Basis mehr oder weniger lang zugespitzt, fast ganzrandig, kaum eine Andeutung von spiessförmigen Blättern, die obersten ey-lanzettlich zugespitzt; die Blumenkrone doppelt so lang als der Kelch. Dies ist S. Dilleniana Hb. W. n. 12724. eine Gartenpflanze.

D. Die Blätter an der Basis eyförmig-geigenförmig oder parabolisch und dann lang zugespitzt, ganzrandig, die Blumenkrone gross, einen Zoll lang, doppelt so lang als der Kelch.

E. Alles wie bei *D.* nur überall eine vorblickende Neigung, Ecken und Zähne zu bilden, daher die untern Blätter mehr herzförmig, schwach eckig und stumpflich gezähnt; die Blumen kleiner als bei *D.*, aber dennoch doppelt so lang als der Kelch.

F. Die untern Blätter herzförmig und stark gezähnt, schwach eckig, die obern scharf gezähnt und deutlich spiessförmig in dreilappige übergehend; die Blumen wie bei voriger. Dies ist die Form, welche Cavanilles als An. triloba abbildet, und S. cristata Hb. Willd. n. 12723, grösstentheils wenigstens.

Auf solche Weise fortfahrend könnte man noch mehr unterscheidbare Formen aufstellen, ohne sie vielleicht genau so wiederfinden zu können und ohne sichere Charactere zu gewinnen.

Wir sehen schon bei den in unsern Gärten kultivirten Individuen, dass sie, je nach Verschiedenheit des Sommers und ihres Standortes, je nachdem sie in Töpfe gesäet und ausgepflanzt, oder durch Selbstaussaat hervorgesprosst sind, verschiedene Formen zeigen, wie viel mehr muss dies der Fall sein, wenn sie ganz in Töpfen im Caphause oder im Warmhause erzogen werden. Wir finden ferner eine grosse Verschiedenheit in der Blattform, wenn wir nur die blühenden Spitzen der Pflanze betrachten oder wenn wir auch deren untern Theil mit in den Kreis der Beobachtung ziehn. Kleine Exemplare werden daher die verschiedenen Blattformen der ganzen Pflanze zeigen, während Exemplare von grössern Pflanzen abgeschnitten nur die spätern schmalern oder getheilteren Blattformen tragen; ebenso wird die zu blühen beginnende Pflanze und die längst blühende ein verschiedenes Aussehn haben u. s. w. Alle frühern Beobachtungen von diesen Pflanzen sind an Gartenpflanzen angestellt; Dillen's Pflanze blühte zuerst im November 1725 im hybernaculo und er beobachtete schon, dass je länger die Pflanze blühe, sie um desto schmälere und eckigere oder getheiltere Blätter zeige. Cavanilles erhielt seine Anoda triloba von seinem Freunde Don Maria de Trigueros in Sevilla kultivirt, die Anoda Dilleniana sah er im Jussieuschen Herbarium, wohl kaum wild. Linné hatte die Pflanze in Cliffords Garten, vielleicht auch in Leyden gesehn; Willdenow kannte nur Gartenexemplare, kurz in Gärten war und ist die Pflanze nicht selten und sie zeigte sich hier fast in derselben Mannigfaltigkeit ihrer Blattform, welche ihr schon in ihrem Vaterlande eigenthümlich ist.

Sherard erhielt den Saamen seiner von Dillen beschriebenen Pflanze vom Dr. Stevenson aus der Hauptstadt Mexico, aus deren Umgegend wir ebenfalls Exemplare sahen (Herb. Lehmann und Hampe), so wie von Regla, zwischen Pachuca und Real del Monte, und in der Schlucht (Barranca) bei San Bar-

tolo gesammelte Exemplare, welche ich der Güte meines Freundes C. Ehrenberg verdanke.

2. *Anoda hastata* Cav. diss. 1. p. 38. t. 11. f. 2., foliis inferioribus cordatis truncatisve plus minus pentagonis s. quinquelobis simulque grosse dentatis, intermediis quinquelobis, lobis acutis, medio majore; summis tandem hastatis; pedunculis elongatis parce pilosis v. subglabris, summis folia aequantibus v. superantibus; calycis fructiferi laciniis ovatis obtusiusculis mucronatis, petalis semipollicaribus obovato-cuneatis integerrimis calyce duplo longioribus; fructu e carpidiis 10—12 brevissime mucronatis composito.

Anoda hastata Humboldt Kunth Nov. gen. V. p. 207 (vidimus tantum specimen Cumanense).

Anoda Dilleniana Linn. V. p. 226. n. 474 excl. synon. omn.

Sida centrota Spreng. Syst. veget. IV. 2. p. 259. fide speciminis in herbario universitatis Halensis.

Sida acerifolia Zuccagni Cent. observ. n. 80 in Roemer Collect. p. 148.

Sida Zuccagnii Spr. Syst. veg. III. p. 121 n. 160.

Sida etc. Royen Fl. Leyden. prodr. p. 349. n. 3, excl. synon. Houst. mss.

Sida etc. Linné Hortus Upsaliens. p. 199. n. 3.

Sida cristata Lin. sp. pl. ed. 2. var. *β*.

Habitat in graminosis ins. Cubae (Poeppig) in cultis Cumanae (Humboldt), in Vera Cruce (? Linné); prope Ario et Valle de Santiago Mexic. (Humboldt) prope la Hacienda de la Laguna in prov. Jalapensi atque circa urbem Jalapa (Schiede), in Lima (Dombey ex Cavan.).

Diese Art ist von der vorigen sehr ausgezeichnet und auf den ersten Blick zu unterscheiden. Sie ist im Ganzen kleiner und feiner in allen ihren Theilen; die Blumen sind nur halb so gross wie bei jener, wo sie $^3/_4$—1 Z. lang sind, die nie aus-

gerandetem sondern oben gerundeten Blumenblätter sind am obern Ende 6—12 Linien breit; alle Theile sind weniger behaart, besonders die Stiele der Blumen, welche nur nach der Spitze hin wenige Haare zu tragen pflegen; die Blätter, obwohl sehr mannigfaltig in ihrer Form, doch immer eigenthümlich, von jenen der vorigen unterschieden; die Früchtchen, da ihrer wenigere im Kreise umherstehen, viel dicker und dadurch die kurze Stachelspitze scheinbar noch kürzer; die Kelchzipfel nicht lang und spitz zugespitzt, sondern eyförmig, stumpflich, eine kleine Stachelspitze oder eine ganz kurze aufgesetzte Zuspitzung tragend.

Mit einigem Zweifel ziehe ich die von Cavanilles unter dieser Art aufgestellten Formen hierher, da er selbst darüber in Zweifel ist, seine Beschreibungen nicht sehr deutlich sind und seine Abbildung herzlich schlecht ist; indessen haben alle nachfolgenden Botaniker stets unter hastata die oben angedeutete Pflanze genommen, so dass ich mich dieser Ansicht füge. Sollten jedoch die Pariser Herbarien, auf welche sich Cavanilles stützt, ein anderes Resultat ergeben, so könnte einer der andern Namen nach seinem Vorrechte an die Spitze treten.

Das von Van Royen citirte Synonym von Houstoun glaubte ich excludiren zu müssen, weil es darin heisst „flore amplo", was man doch von dieser Art nicht sagen kann, damit wird auch wohl der von Linné mit einem Fragezeichen angegebenen Fundort Veracruz der sich auf Houstoun's Synonym zu beziehen scheint, wegfallen. Wenn ich die Sida acerifolia von Zuccagni, gegen die Ansicht von De Candolle, der sie in die Section fructu mutico bringt, hierher ziehe, so berufe ich mich allein auf die Beschreibung Zuccagni's, worin er deutlich genug sagt: dass diese Pflanze nicht fructus muticos habe, sondern ad peripheriam trigonos breviterque corniculatos, und in welcher ich alle Züge der vorliegenden Art wiederzuerkennen glaube, keine Art hat im Blatt eine solche Aehnlichkeit mit Ahornblättern als diese, keine so ganze und so kleine Blumenblätter, welche dennoch doppelt so lang als der Kelch sind; überdies ist Zuccagni's Pflanze auch eine Gartenpflanze, welche er als Sida cristata vom Apotheker Bianchi aus Venedig erhielt.

3. *Anoda triangularis* DC. prodr. I. p. 459. n. 4., foliis grosse dentatis basi integerrimis, infimis subcordatis latissimis breviter acuminatis intermediis summisque subrhombeo-ovatis s. triangulis rarius trilobatis; pedunculis hirsutis folio saepius et petiolo brevioribus; calycis fructiferi laciniis triangulis acute acuminatis; petalis subsemipollicaribus emarginatis, calycem aequantibus, fructu e carpidis 12—15 breviter mucronatis composito.

Sida triangularis Willd. Enum. p. 725. n. 27., Herb. Willd. n. 12722. (planta hortensis), Humb. Kunth Nov. gen. V. p. 206.

Sida deltoidea Hornem. Cat. hort. Hafn. 36. (fide Willd.)

Sida suberosa Hortulan. (fide Willd.)

Sida incarnata Spr. Syst. veg. III. p. 115. n. 79., excl. syn. Anoda incarnata Kunth. (fide specim. in herb. univers. Halens.)

Anoda brachyantha Reichenb. Hort. bot. t. 34.

Crescit in monte ignivomo Mexican. Jorullo (Humboldt). ☉. d.

Diese Art, welche in unseren botanischen Gärten nicht selten als Sommergewächs kultivirt wird, zeichnet sich durch ihre kleinen, blassbläulichen, zwischen den Blättern versteckten Blumen, wenn gleich nicht zu ihrem Vortheile aus. Die Blätter sind verhältnissmässig sehr gross und von hellerem Grün, als bei den vorhergehenden Arten, wo sie dunkler sind, aber dennoch zeigen sich auch hier zuweilen dunkle Flecken in der Mitte des Blattes, welche auf gleiche Weise bei den frühern Arten vorkommen. Zuweilen kommen auch bei dieser Art drei- und selbst fast fünflappige Blätter vor, und beweisen wie veränderlich die Blattformen bei dieser Gattung sind, und wie man nach ihnen nicht allein Trennungen der Arten versuchen dürfe.

Anoda incarnata Kunth, welche De Candolle in diese Abtheilung rechnet, ist ihrer Fruchtbildung nach unbekannt, wir verweisen dieselbe daher unter die ungewissen Arten an das Ende dieser Abhandlung.

Die noch übrigen Anoden bilden eine zweite Abtheilung:

Sect. II. carpidiis dorso muticis (Anodae vicinae).

4. *Anoda crenatiflora* Ortega dec. 8. p. 96., caule petiolis pedunculis calyce fructuque pilis stellatis brevibus scabrido-pubescentibus; foliis glabriusculis basi cordatis, inferioribus brevioribus tri — quinquelobis; superioribus summisque denticulatis integerrimisve, hastatis v. auriculato-hastatis v. sagittato-hastatis, lobis his lateralibus brevibus acutis obtusisve, medio valde elongato forma vario mucronulato; pedunculis inferioribus folio multo brevioribus, superioribus folia citius decrescentia et minuta superantibus; calycis fructiferi laciniis ovatis acuminatis erectis; petalis calycem paulo superantibus crenulatis; fructu e carpidiis 8—10 muticis composito.

Anoda parviflora Cavan. ic. V. p. 19. t. 431., Reichenb. Hort. Bot. tab. 44.

Sida crenatiflora Herb. Willd. n. 12720. (specimen hortense), Spr. Syst. veg. III. p. 121. n. 161.

Sida parviflora Willd. En. p. 726. n. 28.

Crescit in valle Queretaro Mexicani. (Ortega, Cavanilles.)

Diese seit 40 Jahren wohl in europäischen Gärten befindliche Pflanze ist sehr ausgezeichnet durch ihre kleinen gelben Blumen, aber wiederum sehr veränderlich in ihrer Blattform, ausgezeichnet ferner vor den früher genannten Arten der ersten

Abtheilung durch das Auftreten einer sternförmigen Behaarung, welche nur an einigen Stellen bemerkbar ist und nicht die ganze Pflanze überzieht; durch den bei der Fruchtreife aufrecht stehenden sich der Frucht anschliessenden Kelch und durch das Fehlen der Randspitzen an der verhältnissmässig weniger flach-scheibenartig ausgebreiteten Frucht. Die andere Art, welche De Candolle hierher rechnet, nämlich An. acerifolia gehört wie wir oben gezeigt haben, der Frucht nach in die erste Abtheilung und wahrscheinlich zu einer schon bekannten Art.

350. ***M. arboreus*** Cav. diss. 3. p. 131. t. 48. f. 1., Dill. Elth. p. 210. t. 170., folia cordata ovata trilobata utrinque pubescentia, superficie pilis copiosis stellatis minutis scabriuscula, interjectis raris majoribus in facie aversa; pedunculi pubescentes et simul patentim pilosi; flores pollicares; genitalia exserta (sesquipollicaria circ.) involucrum calycem aequans, laciniis utriusque pubescentibus et longius ciliatis. — Specimina quae hortensia hujus fruticis vidimus, cum Dillenii descriptione bene conveniunt, foliis enim mollioribus gaudent, quam mexicana. Num Achania Malvaviscus Swartzii e Jamaica eadem sit ac planta Dillenii dubium, folia enim supra glabra et scabriuscula subtus subhirsuta describit et pedunculos glabriusculos, nec de illorum lobis tribus loquitur in utroque icone pictis nec non in speciminibus hortensibus obviis. Melius vero haec verba Swartzii quadrant in plantam mexicanam quam varietatis sub signo subjungimus sicut aliam e Cuba insula floribus parvis insignem. Humboldtius vero M. arboreum legit in regno Novo-Granatensi pr. Turbaco in umbrosis, e descriptione haud omnino cum ceteris congruum.

Varietas mexicana pedunculis pube brevi tantum tectis, foliis supra pube minuta stellata scabris, subtus nunc fere glabris nunc pilis majusculis stellatis obsitis; flore pollicari; an species? Pr. Tampico de Tamaulipas (Berlandier 1827, herb.

Kunze), pr. Veracruz (G. Schiede), pr. Mexico (Hegewisch hb. Lehmann).

Varietas Cubensis, pedunculis pube brevi tantum tectis, foliis utrinque glabriusculis, flore $^3/_4$ p. longo, genitalibus corolla duplo longioribus; an species? In insula Cuba in fruticetis vulgarem legit Poeppig. (Hb. Kunze.)

Ab hoc M. arboreo Linnaeano non diversam putarem aliam speciem ab Aitonio segregatam, cujus exemplaria autographa nondum vidi sed hortensia tantum hoc nomine donata, en eorum diagnosin:

M. mollis Ait. Kew. et hortul., DC. l. c. n. 3., folia cordata leviter trilobata molliter praesertim infra subtomentosa, pilis stellatis ubique aequalibus; pedunculi subtomentosi; flores pollicares, aut sesquipollares, genitalia exserta ($1^1/_2$—2 pollicaria); involucrum calycem subaequans, laciniis utrinsque pubescentibus et simul longius ciliatis. — Forsan M. arborei varietas uberiore tomento.

M. grandiflorus HBKth. Nov. gen. 3. p. 223., folia subcordata v. basi rotundata, ovato-oblonga, subtriloba, serrata, glabriuscula, pilis raris stellulatis conspersa; pedunculi subpilosi, flores bipollicares, genitalia corollam vix superantia; involucrum calyce tertia parte brevius, utriusque laciniis glabriusculis. — Pr. Guanaxuato Mexic., 1070 hex. s. m. (Humboldt); pr. Mexico. (Mühlenpfordt.) — Species distinctissima!

M. acapulcensis HBKth. l. c. p. 224., folia cordata ovata, interdum triloba, obtusiuscule serrata, utrinque pilis stellatis tecta, supra viridia scabriuscula, subtus subvelutina canescentia; pedunculi molliter villosi; flores pollicares, genitalia longe exserta (bipollicaria); involucrum calycem aequans, laciniis utriusque pilosis. — Pr. Acapulco ad littus maris pacifici Aprili florentem (Humboldt); in hortis Pachucae frutex ornamenti causa cultus. (C. Ehrenberg.) Nullus dubito quin haec eadem sit cum Humboldtiana, quum omni charactere conveniat.

351. *M. sepium* n. sp. M. concinnus? Linn. V. p. 227. n. 480. — folia leviter cordata oblongo-ovata acuta crenato-serrata, supra glabriuscula, subtus pilosa scabriuscula, (pilis fere omnibus solitariis); pedunculi patentim pilosi, flores pollice breviores, genitalia longe exserta (1½ — 1¾ p. longa); involucrum calycem aequans, laciniis utriusque apice parce, basi densius pilosis. — In sepibus pr. Jalapam. Aug. et Junio fl. (Schiede.) — Species haec nova a reliquis nobis melius notis recedit: foliis anguste ovatis crenatis, pilis plerisque simplicibus, involucri laciniis valde spathulatis et jam sub anthesi extus curvatis; floribus minoribus etc. Frutex ramulis cum petiolis pedunculis calycis et involucri in primis infera parte patentim breviterque et densius pilosis. Folii maximi lamina 2 poll. longa, 1½ p. lata, petiolo fere sesquipollicari insidens, basi subquinquenervia, nervis tribus magis manifestis, subtus cum nervo reliquisque venis primariis paululum prominulis et crebrioribus pilis vestitis. Pagina infera pallidior glaucescens supera in siccis obscure viridis et praeter nervum venasque minutis pilis onusta fere glabra, infera et in parenchymate plus minus et quo junior eo magis pilosa. Serraturae marginales depressae interdum melius crenae essent appellandae. Pedunculi e summorum foliorum axillis erumpunt petiolis longiores, maximi pollicares. Calyx 4 circiter lineas altus, involucrum subdecaphyllum, phyllis apice latius spathulatis atque extus curvatis. Corolla coccinea, petalis margine breviter ciliolatis. Fructus immaturus depresso-globosus calyce tegitur et involucro patulo circumdatur.

HIBISCUS L.

H. spiralis Cav., DC. prodr. 1. p. 447. n. 7. — In Mexico.

H. tubiflorus Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. n. 8. — In Mexici montibus Sancti Hieronimi. ♃. (Sessé.)

352. *H. uncinellus* Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. p. 449. n. 37., an Hibiscus e sect. Furcellaria Linn. V. p. 227. n. 481. Prope los dos Puentes et Hacienda de la Laguna. (Schiede.)

H. unilateralis Cav., DC. l. c. p. 452. n. 78. — Si revera H. columbinus Fl. Mex. ined. idem est, cui stamina non unilateralia.

H. Azanzae DC. l. c. p. 454. n. 89., Azanza insignis Fl. Mex. ic. ined. — In Mexico. (Sessé.)

353. *H. elatus* Sw., DC. l. c. n. 91., Linn. VI. 423. n. 1307. — In sylvis Tecolutensibus Jan. (Schiede.)

H. fasciculatus Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. n. 102. — In Mexico. (Sessé.)

H. acetosaefolius Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. p. 455. n. 104. — In Mexico. (Sessé.)

H. bracteosus Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. n. 108. — In Mexico. (Sessé.)

H. oxyphyllus Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. n. 110. — In Mexici montibus Xochipi. (Sessé.)

H. cyanogynus Fl. Mex. ic. ined., DC. l. c. n. 111. — In Mexico. (Sessé.)

H. tampicensis (Sect. Pentaspermum) Moric. pl. Am. p. 7. t. 5. — In regno Mexicano pr. Tampico de Tamaulipas. Apr. fl. (Berlandier?) aff. H. pentaspermo Bert.

H. Berlanderianus (Sect. Abelmoschus) Moric. l. c. p. 8. t. 6. — Ad Tampico (Berlandier?) Acced. ad H. clypeatum.

H. lavaterioides (Sect. Bombicella) Moric. l. c. p. 9. t. 7. — Ad Tampico (Berlandier?) affinis H. betulaefolio Kth.

ANODA Cav. Kth.

A. cristata nob. Linn. XI. p. 210. — Pr. Mexico (Hegewisch); pr. Regla, inter Pachuca et Real del Monte inque Barranca ad San Bartolo. (C. Ehrenberg.)

354. *A. hastata* Cav. Linn. XI. p. 214. — Prope Ario et Valle de Santiago (Humboldt) pr. la Hacienda de la Laguna et circa Jalapam (Schiede); pr. Mexico. (Hegewisch.)

A. triangularis DC., Linn. XI. p. 216. — In monte ignivomo Jorullo. (Humboldt.)

A. crenatiflora Ortega, Linn. XI. p. 217. — In valle Queretaro. (Ortega, Cav.)

A. pubescens n. sp. Linn. XI. p. 218. — Mineral del Monte. (C. Ehrenberg.)

A.? incarnata Kunth, Linn. XI. p. 219. — Colitur in hortis Mexicanis. (Humboldt.)

SIDA Kunth.

S. linifolia Cav., HBKth. Nov. gen. V. p. 202. — In monte ignivomo Jorullo. (Humboldt.)

S. brachystemon Fl. Mexic. ined., DC. prodr. I. p. 459. n. 2. — Mexico. (Sessé.)

S. linearis Cav. ic. IV. p. 6. t. 312. f. 1., DC. l. c. p. 460. n. 4. — In Nova Hispania (Cavan. qui dedit iconem secundum plantam hortensem). — Pr. Reglam aliisque locis (C. Ehrenberg). Non dubito, quin haec eadem sit, quamvis humilior, prostrata sit et spinula fere careat, sed folia stipulae et fructus conveniunt.

355. *S. spinosa* L., DC. l. c. n. 5. — Flore flavo. Hacienda de la Laguna. (Schiede.) Antecedenti proxima sed fructu facilis distinctu.

S. anomala St. Hil. Fl. Bras. mer. I. p. 177. t. 33. Var. mexicana Moric. pl. Am. rar. I. p. 11. t. 9. — Pr. Tampico. (Berlandier?)

S. muricata Cav. ic. VI. p. 78. t. 597. f. 2., DC. l. c. n. 10. — Ad Chalma Nov. Hisp. (leg. Née, descripsit Cavan.)

356. *S. carpinifolia* L., DC. l. c. p. 461. n. 18. — Ubique circa Veracruz. (Schiede.)

S. bicolor Cav. ic. IV. p. 6. t. 311., DC. l. c. p. 462. n. 33. — In Nova Hispania. (Cavanilles, plantam descripsit hortensem.)

357. *S. rhombifolia* L., DC. l. c. n. 35. — Pr. Mexico urbem (Mühlenpfordt) pr. Istula, Huasca, Regla (C. Ehrenberg); Hacienda de la Laguna. (Schiede.)

S. diffusa HBKth. Nov. gen. V. p. 200., DC. l. c. p. 463. n. 54. — Prope Zelayo Mexican. *). (Humboldt.)

S. filiformis Moric. pl. Am. rar. I. p. 10. t. 8. — Circa Tampico de Tamaulipas. (Berlandier?)

358. *S. paniculata* L., DC. l. c. p. 465. n. 77., Linn. VI. p. 422. n. 1305. — In dumetis Misantlae. (Schiede.)

S. oxyphylla Fl. Mexic. ined., DC. l. c. n. 80. — Pr. Mexico. (Hegewisch.)

359. *S. collina* n. sp. tota hirta, foliis brevissime petiolatis oblongis s. anguste ellipticis, acutiusculis, basi obtusiusculis et trinerviis, serratis, subtus pallidioribus; stipulis petiolo longioribus linearibus acuminatis; floribus in apicibus caulis ramorumque (lateralium brevium) confertis, axillaribus, breviter pedunculatis, pedunculis stipulas aequantibus, laciniis calycis e latiore basi acuminatis; carpidiis 5, monospermis brevissime biaristatis, lateribus rugulosis margineque utroque

---

*) 950 hexap. s. m. ex Humb.

exteriore ex hisce rugulis crenato. — In collibus apicis prope la Hacienda de la Laguna Jul. 29. (Linn. V. p. 226 n. 472, Schiede.) — Planta sesquipedalis, basi fruticosa et ramosa; tota pilis simplicibus hirta, quibus in superiore caulis parte ramisque perbreves fasciculati submixti sunt, qui pubem subjacentem formant. Folia maxima cum petiolo, ad summum bilineari, vix 1½ p. longa, dimidio pollice angustiora. Pedunculi 3—2 lin. longi, ultra medium articulati. Stipulae et calyx tres lineas longa.

360. **S.** ***costata*** n. sp., an var. praecedentis, quacum iisdem in locis lecta est. (Sida n. 273. in Linnaea V. p. 226. fl. flavo pr. Hacienda de la Laguna Jul. 29. Schiede.) Habitu et foliorum forma stipulisque cum praecedente convenit, cujus varietatem censerem, sed hirsutior est, pilis copiosioribus, in superficie foliorum solummodo simplicibus, reliquis omnibus stellatis; flores in summitate caulium magis conferti capitula quasi terminalia mentiuntur; pedunculi paullo longiores, 4—5 lin. longi; calyx basi decemcostatus, costis elevatis crassiusculis lutescentibus, tertiam infimam calycis partem occupantibus atque abrupte finitis. Fructus immaturos tantum videre licuit.

S. ***venusta*** n. sp. fruticosa, dense tenuiterque albido-tomentosa, foliis breviter petiolatis, ellipticis, obtusis acutiusculisve, basi leviter cordatis, crenatis; stipulis linearibus acutis petiolum aequantibus; pedunculis folium superantibus solitariis axillaribus medio aut ultra medium articulatis, calycis laciniis late triangulis, petalis calyce plus duplo longioribus; fructu e carpidiis 10—12 composito monospermis ab invicem secedentibus apice bivalvibus, dorso tomentosis, lateribus inferne reticulatis. — Ad Tlalpujahua Mexic. legit Keerl, comm. Martius. — Fruticulus tener elegans, foliis ad Gayam hermannioidem Kunthii accedens, at fructu, flore purpureo et longioribus pedunculis valde diversus. Folia maxima 9 lin. longa, 4 lin. lata; pedunculi pollicares minoresve, floris diameter 10-linearis. Tomentum e pilis stellatis densissimum tenue; basis foliorum saepe obliqua.

GAYA Kunth.

Gaya hermannioides HBKth. Nov. gen. V. p. 268. tab. 475. Sida hermannioides Hb. W. n. 12650., Sida Gaya DC. pr. 1. p. 466. n. 96. — In declivitate occidentali montium Mexican. pr. Sopilote *). (Humboldt.)

Gaya disticha Cav. ic. V. p. 12. t. 432. (sub Sida.) Sida dist. DC. prodr. 1. p. 467. n. 99. — In Nova Hispania. (Cavan. descripsit ex horto Matritensi.)

ABUTILON Kunth.

Abutilon floribundum n. sp. ramis petiolis pedunculisque viscoso-pilosis, foliis cordatis elongato-acuminatis acutis subtrilobis, margine dentatis et viscoso-pilosis, 7-nerviis, supra molliter pubescentibus, subtus mollissime incano-tomentosis; floribus versus apices axillaribus confertis breviter pedunculatis, petalis calyce tomentoso et viscidulo quadruplo majoribus fructu e carpidiis 5, dorso mucronulatis, 2-spermis composito, loculicide dehiscente. — Ad Tlalpujahua Mexic. (Keerl leg., Martius comm.) — Species haec cujus summitates tantum videre licuit insignis est. Folia maxima quae vidimus, ab insertione petioli 2 poll. longa, inferne 1¼ poll. lata, sinu basali acuto vix tres lineas alto, huic folio petiolus 14 lin. longus. Stipulae parvae subulatae. Calyx sub anthesi 2 lin. altus, dein fructifer paullo major, laciniis late triangulis mucronulatis. Petala flava, fere 8 lin. longa, obovata, integerrima. Fructus calyce paullo major, tomentosus, loculicide dehiscens, e carpidiis 5, dispermis compositus. Carpidia in dorso mucronulum gerunt, qui dehiscentia in duas partes funditur, ita ut in utroque aperturae margine pars dimidia hujus mucronuli adsit.

---

*) 518 hexap. s. m. ex Humb.

Abutilon erosum n. sp.; totum tenuiter molliter sordide tomentosum, foliis cordatis anguste-acuminatis acutis, margine erosis, subseptemnerviis, subtus vix pallidioribus rete vasculoso prominulo; floribus axillaribus folio brevioribus, aliis simpliciter pedunculatis, aliis in ramulis, hinc quasi glomeratis, petalis calyce sesquilongioribus, fructu e carpidiis 5, dorso bicuspidatis, 2-spermis composito, loculicide dehiscente. — Ad Tlalpujahua Mexic. (leg. Keerl comm. Martius.) — Apices tantum vidimus tomento stellato sordido brevi mollique omnes partes eodem fere modo vestiente. Folia maxima a sinu ad apicem 2¼ p. longa, 1½ p. lata, petiolo insidentia 1¼ poll. longo. Stipulae fere subulatae 2 lin. longae, saepius curvatae. In foliorum axillis plerumque flos pedunculatus (pedunculo 2—4 lin. longo) cum ramulo brevi florifero foliaque parva ferente prodit. Calyx 3 lin. circiter longus, ultra medium in lacinias 5, acuminatas, acutas divisus. Corolla intensiore colore est praedita quam antecedentis speciei sed multo minor. Fructus calycem cuspidibus suis vix superans, tenuiter est tomentosus facileque dehiscit in valvas loculicide sese aperientes, margine utroque cuspidem lineam longam subulatam gerente.

Abutilon racemosum n. sp., totum molliter tomentosum; foliis cordatis attenuato-acuminatis acutis subtrilobis, margine dentatis, 7—9-nerviis; subtus ramis calycibusque albidis; floribus versus apices solitariis subternisve in ramulo, racemose dispositis, breviter pedunculatis; petalis calyce tomentoso plus duplo longioribus; fructu e carpidiis 5, dorso mucronulatis, 2-spermis composito, loculicide dehiscente. — Ad Tlalpujahua Mexic. (leg. Keerl, comm. Martius.) — Species haec ab antecedentibus tomento magis albido calyces, ramos, saltem juniores, et paginam inferam foliorum tegente jam distinguenda. Ab. floribundo foliorum figura et dentibus simillimum fructuque simile sed distinctum defectu pilorum viscidorum; floribus racemose dispositis, calyce altiore 4 lin. alto profundius partito, laciniis ovato-triangulis acutis trinerviis, margineque albidiore cinctis; corollis majoribus petalis 10—11 lin. longis pallidioribus; fructu majore sublignoso; ab altera specie facilius distinctu.

Abutilon ellipticum n. sp., pubescens; foliis subcordatis latius angustiusve ellipticis acutiusculis crenato-serratis, subquinquenerviis, floribus pedunculatis solitariis cum ramulo apice corymboso florifero, folium dein superante, axillaribus; petalis calyce duplo longioribus; fructu subhispido, e carpidiis 5, dorso biaristatis, trispermis composito, loculicide dehiscente. — Ad Tlalpujahua Mexic. (leg. Keerl, comm. Martius.) — Unicum frustulum vidimus; species hinc non satis stabilita. Pubescentia e pilis brevibus fasciculatis. Folia quae vidimus maxima $1^1/_4$ p. longa, 8 lin. lata, basi obtusa leviterque cordata, margo crenatus in aliis potius serratus; petiolus 3—4 lin. long. Stipulae lineares acutae 3 lin. longae. Pedunculus petiolo longior; ramuli laterales floriferi inferne nudi, superne foliis minutis et floribus 3—7 corymbose dispositis instructi. Calyx sub anthesi 2 lin. altus, laciniis triangulis acuminatis acutis, petala 4 lin. longa. Fructus vesicarius videtur calyce multo altior, praeter pubem stellatam pilis rigidiusculis albidis tectus, aristae dorsales 2 lin. longae extus curvatae.

Abutilon crispum L. sub Sida, DC. l. c. p. 469. n. 131. —, Ad Tlalpujahua Mexican. (leg. Keerl comm. Martius.)

361. *Abutilon amplexifolium* Fl. Mex. ined. sub Sida, DC. l. c. n. 132.; Linn. V. p. 226. n. 471. — Hacienda de la Laguna. (Schiede.) — Praecedente robustior; pedunculi breviores, in tertia ultima parte geniculo instructi, semper erecti.

Fructus pube perbrevi adspersus, calyce patente nec reflexo suffultus cujus laciniae late ovatae obtusiusculae mucronatae.

Abutilon vesicarium Cav. diss. 2 p. 55. t. 14. f. 3. sub Sida, DC. l. c. p. 471. n. 158. —

362. *Abutilon albidum* Willd. Enum. p. 722. sub Sida, Hb. W. n. 12701. (planta hortensis cui adscriptum est: Habitat.... ♄.) DC. l. c. n. 160. (in Canariis). — Linn. VI. p. 423. n. 1306. Prope Actopan Mexic. (Schiede.) — Simillimae formae illa hortensis et haec mexicana, attamen fortassis specie distinctae; Mexicanae folia profundius cordata, angustius caudato-acuminata, pedunculi sub calyce articulati. Meliora utrinsque specimina accuratiori examini subjiciantur.

Abutilon acerifolium Lagasca nov. gen. p. 21. sub Sida, DC. l. c. p. 472. n. 164. —

Supersunt inter Sidae species non satis notas e Mexicanis terris tres, nullo modo e brevi diagnosi recognoscendae, scilicet:

Sida carnea Fl. Mex. ined., DC. l. c. p. 473. n. 178. — Mexico. (Sessé.)

Sida Sesséi Lagasca nov. gen. 21., DC. l. c. n. 191. — Nova Hispania. (Lagasca.)

Sida malvaeflora Fl. Mex. ined., DC. l. c. p. 474. n. 194. — Mexico. (Sessé.)

INGENHOUZIA Fl. Mex. ined.

Ingenhouzia triloba Fl. Mex. ined. DC. pr. I. p. 474. — Mexico. (Sessé.)

Relinquimus indeterminatas Malvacearum species a Schiedeo nostro missas jam prius in Linnaea (VI. p. 423. n. 1308 —

1311 incl.) enumeratas. Inter eas n. 1309. videtur Pavoniae sp. proxima Pavoniae Poeppigii plantae Cubensi, quae est Achania Poeppigii (Spr. Syst.), sed ex fructu in herbario Kunzeano viso sine omni dubio Pavonia e sectione tertia Cancellaria apud DC. — De genere numeri 1308 plane dubii sumus; *folia* huic plantae sunt magna, e late rotundata interdum leviter cordata basi valde acuminata, subseptemnervia, integerrima, supra specie glabra sed pilis stellatis minutis adspersa et scabra, subtus iisdem sed majoribus pilis leviter tomentosa, *tomento et* caulium, calycum, pedunculorum et petiolorum fuscescente. Alabastra apice spiraliter convoluta in pedunculis brevibus solitaria, axillaria.

BOMBACEAE.

HELICTERES L.

363. *H. guazumaefoliae* HBKth. proxima, Linn. VI. p. 424. n. 1314. — Inter Sepillo et Estero. (Schiede.)

364. *H. mexicana* HBKth. nov. gen. V. 237., DC. prdr. 1. p. 476. n. 5. — Inter Masatlan et Chilpancingo Mexic. (Humboldt.); Hacienda de la Laguna in calidioribus Aug. 29. (Schiede.) — Folia adulta 2 $^1/_2$ poll. longa, 1 $^1/_4$ — 1 $^3/_4$ poll. lata.

MYRODIA Schreb.

M. turbinata Swartz, DC. l. c. 477. — Mexico. (Sessé.)

M. verticillaris Fl. Mex. ined., DC. l. c. — Mexico. (Sessé.)

MONTEZUMA Fl. Mex. ined.

M. speciosissima Fl. Mex. ined., DC. l. c. — Mexico. (Sessé.)

CAROLINEA Linn. f.

C. fastuosa Fl. Mex. ined., DC. l. c. 478. — Mexico. (Sessé.)

C. minor Sims bot. Mag. t. 1412., DC. l. c. — Mexico. (Sessé.)

365. *C. macrocarpa* n. sp., Linn. VI. p. 423—1312. Ad ripas fluminum et rivulorum Papantlensium et Tecolutensium. (Schiede.)

BOMBAX L.

366. *B. ellipticum* HBKth. Nov. gen. V. p. 233., DC. prodr. I. 479. n. 6., Linn. VI. 424. n. 1313. — Papantlae, Misantlae colitur (Schiede); locis temperatis prope Chilpancingo et Mexico. (Humboldt.)

ERIODENDRON DC.

Er. aesculifolium DC. l. c. n. 3. — In littore pr. Campeche. (Sessé.)

OCHROMA Swartz.

O. Lagopus Sw., DC. l. c. 480. — In calidis Mexici.

HAMPEA n. gen.

Flores polygami, floribus scil. in alio specimine hermaphroditis in alio masculis. Calyx basi tribracteatus, campanulatus truncatus. Petala 5, basi in tubum angustum simulque cum tubo staminifero connata (qui tubi in floribus masculis massam densam carnosam praebent), convolutiva. Stamina copiosa inaequilonga, filamentis inferne in tubum connatis; antheris unilocularibus reniformibus dorso dehiscentibus. Pistillum pseudo-simplex germine triloculari, loculis pluriovulatis, stylo deciduo simplici, stigmatibus 1—3 crassiusculis, apice convolutis. Fructus (carnosus? extusque rugosus), trilocularis, loculamentorum parietibus pilis leviter ferrugineis vestitis, loculisque semina nonnulla continentibus. — Arbuscula; folia glabra longe petiolata ovata integerrima 5-nervia basi bistipulata; flores pedunculati in axillis foliorum solitarii pluresve more cymae dichotomae florentes.

367. *Hampea integerrima* n. sp. — Arbuscula floribus albidis, rarius pr. Josocola Majo 29. et pr. Hacienda de la Laguna Jul. 29. lect. (Schiede.) — Arbuscula, ramulis teretibus laevibus cinerascente epidermide tectis. Folia longe petiolata, late ovata, basi interdum levissime cordata, longius breviusve acuminata s. acuta s. rarius obtusiuscula, integerrima, discolora, subtus pallidiora glaucescentia, papyracea, 5-nervia aut subseptemnervia, nervorum extimo pari valde debili mox evanido (potius pro venis infimis secundi nervorum paris habendum), nervis lateralibus haud usque ad apicem procurrentibus, nec evidenter inter se nec cum impari s. medio anastomosantibus sed in extero latere venas laterales prodeuntibus; nervo medio autem inde a medio folii venas alternatim progredientes curvulas emittente. Nervi venaeque primariae subtus prominentes, reliquum rete vasculosum obsoletum nec nisi accuratius intueris in conspectum veniens, sin vero paginam inferam oculo armato adspicis, tectam videbis punctis numerosis elevatis hemisphaericis, nec diverso colore nec diversa structura insignibus, in solo parenchymate enatis nec tactu sentiendis, quae rudimenta censere posses indumenti stellati.

Folia magnitudine valde variant, alia $4\frac{1}{2}$ p. longa $3\frac{1}{2}$ lata in petiolo $3\frac{1}{2}$ p. longo; alia $6\frac{1}{2}$ p. longa $3\frac{1}{2}$ lata in petiolo 4-pollicari; alia 3 p. longa $1\frac{1}{2}$ p. lata in petiolo sesquipollicari; alia 4 p. longa $2\frac{1}{2}$ p. lata in petiolo $2\frac{1}{2}$ p. longo. Petiolus teres, supra leviter canaliculatus, basi aliquantulum crassior. Stipulae citius decidunt cicatricesque juxta petiolum relinquunt, 3—5 lin. sunt longae anguste lineares acuminatae. Pedunculi ex axillis foliorum superiorum proveniunt petiolis semper breviores, hermaphroditorum florum longiores videntur quam masculorum, nunc solitarii, nunc terni, nunc tribus plures semper e lege cymae florentes, cujus ramus autem nunquam ex axilla prosilit sed absconditur; teretes sunt sursum leviter incrassati et farina s. pube tenuissima ferruginea haud detergibili in primis in superiore parte tecti, quae pubes calycem involucrumque dense obducit ferrugineumque reddit atque in petalis illam paginae externae partem obvestit, quae in alabastro libera (non ab altero tecta) est. Calyx 3 lin. altus, campanulatus truncatus, paullo supra basin tribus involucri phyllis instructus subulatis ipsum aequantibus, dein deciduis. Corolla albida, petalis fere $^3/_4$ p. longis, basi in tubum 2 circ. lineas longum connatis dein liberis, oblique obovatis subcuneatis, latus scilicet alterum sub petalo proximo in alabastro absconditum, tenuius, nec extus ferruginea pube tectum, appendicis late rotundati in modum est productum; margines vero infimae liberae cujusvis petali pilis ferrugineis densissime sunt tectae. Stamina corolla minora, inter se valde inaequalia, basi in tubum brevem connata, qui in hermaphroditis floribus tubo corollae impositus est, in masculis vero cum hoc corpus solidum nec medio perforatum constituit. Filamenta glabra filiformia; Antherae reniformes, sinu affixae, dorso linea dehiscentes, uniloculares, glabrae. Pistillum specie simplex; ovarium ovale utrinque attenuatum, calyce brevius, stylus simplex glaber, cum stigmatibus tribus, in quae a media circiter parte dividitur, stamina superans, ramis his interiore latere praesertim stigmatosis, varie curvatis plerumque revolutis. Fructus immaturus tantum visus, vix calyce major, carnosus apparuit, cortice rugosulo, glabro, intus tria loculamenta gerens, quorum quodlibet nonnulla continebat ovula, pariete sua pilis brevibus pallide ferrugineis vestita. — Genus hocce ad Bombaceas referendum videtur, pluribus ejusdem familiae generibus affine. Dicavimus novum genus amico aestumatissimo, botanico indefesso, Hercyniae florae scrutatori experientissimo, Ernesto Hampe apud Blankenburgenses pharmaco.

CHEIROSTEMON Humb. et Bonpl.

Ch. platanoides H. B. pl. aeq. 1. p. 82. t. 24., DC. l. c. — Pr. Toluca *). (Humboldt.)

BUETTNERIACEAE.

STERCULIA L.

St. oblongifolia Fl. Mex. ined.; DC. l. c. 482. n. 14. — Mexico. (Sessé.)

St. punctata Fl. Mex. ined., DC. l. c. 483. n. 26. — Nova Hispania. (Sessé.)

THEOBROMA Juss.

Th. angustifolia Fl. Mex. ined., DC. l. c. 484. n. 4. — Mexico. (Sessé.)

Th. ovatifolia Fl. Mex. ined., DC. l. c. 485. n. 5. — Mexico. (Sessé.)

GUAZUMA Plumr.

368. *G. ulmifolia* Lam., DC. l. c. 485. n. 1., Linn. VI. 424. n. 1315. — Inter Nantlam et Misantlam reg. cal. (Schiede.)

G. polybotrya Cav. III. 51. t. 299., DC. l. c. n. 3. — Nova Hispania. (Cavanilles.)

369. *Guazumae? species* Linn. V. 298. n. 484. — Hacienda de la Laguna. (Schiede.)

BUETTNERIA Loefl.

B. lanceolata Fl. Mex. ined., DC. l. c. 487. n. 12. — In Mexici montibus. (Sessé.)

---

*) 1380 hexap. s. m. ex Humboldt.

AYENIA L.

A. magna L., DC. l. c. 488. n. 5. — Mexico. (Sessé.)

A. cordifolia Fl. Mex. ined.; DC. l. c. — In Mexici montosis. (Sessé.)

RIEDLEIA Vent.

R. *corymbosa* Fl. Mex. ined., DC. l. c. 491. n. 7. — In Mexici montibus calidis. (Sessé.)

370. ***R.*** *serrata* Vent., DC. l. c. 492. n. 23. — In collibus apricis pr. la Hac. de la Laguna. (Schiede.) Varietas saltem angustifolia.

371. ***R.*** ***interrupta*** n. sp., tota sericeo-molliter hirsuta, foliis late ovatis obtusiusculis, basi subcordatis obtusissimisve, lineato-venosis et septemnerviis, argute serratis, stipulis lanceolatis petiolo brevioribus, floribus racemum compositum terminalem aphyllum longe interruptum formantibus, fructibus hirsutis. — Hacienda de la Laguna Jul. 29. (Schiede.) — Species haec quam novam credimus, inflorescentia sua ab omnium diagnosi recedit. Planta 3—4 pedalis inferne lignosa, caulibus parce ramosis, vel omnino simplicibus strictis teretibus, tunc ima basi glabris lignosis purpureo-fuscis mox vero pilis subpatentibus magis magisque hirsutis, inferne aphyllis, dein dense foliosis, apice iterum nudis. Folia breviter petiolata late ovata v. ovalia, maxima 2—2 $^3/_4$ p. longa, 16—20 lin. lata, superiora minora elliptica basi omnia obtusissima vel levissime cordata, utrinque praesertim infra pilis sordide lutescentibus sericeis-pilosis lucentibus, pilis in venis inferioris paginae praesertim nitentibus; foliorum margo dentibus argutis s. serraturis paululum inaequalibus at densis est munitus; ad basin e petiolo (ad summum 8 lin. longo) praeter nervum medium tria nervorum paria lateralia exeunt debiliora, quae venis parallelis in extero latere tantum sunt instructa; nervus medius vero venis parallelis utrinque subdenis gaudet, quae recta via in margi-

nem procedunt. Stipulae rufescentes 2—4 lin. longae. Racemus terminalis, pede interdum altior, constat e racemis lateralibus valde inter se remotis, brevibus simplicibus aut iterum racemosis, floribus in his glomeratis, hinc speciem fere prae se fert spicae glomeratae et interruptae. Calyx paullo 2 lineis altior, laciniis acute acuminatis; petalis calyce duplo longioribus. Fructus in carpidia 5, medio apice hiantia dehiscens.

WALTHERIA L.

372. ***W. Americana*** L., DC. l. c. 492. n. 1. — Pr. Veracruz et Papantlam (Schiede); pr. Mexico urbem. (Mühlenpfordt.)

PENTAPETES L.

P. ovata DC. l. c. 498. n. 2., Brotera ovata Cav. ic. V. p. 19. t. 433. — Pr. Huanujuato Nov. Hisp. (Cavanilles.)

TILIACEAE.

HELIOCARPUS L.

H. Americanus L., DC. l. c. 503. n. 1. — Pr. Veracruz. (Houstoun.)

CORCHORUS L.

373. ***C. pilosus*** HBKth. Nov. gen. et sp. V. p. 263. t. 487. Linn. V. p. 228. n. 485. — Hacienda de la Laguna. (Schiede.)

C. siliquosus L., DC. l. c. 504. n. 1. — Mexico. (Sessé.)

TRIUMFETTA L.

374. ***Tr.*** (Lappula) ***proxima Lappulae*** Linn. V. 228. n. 486. — Hacienda de la Laguna. (Schiede.)

375. ***Tr.*** (Lappula) ***sp.***, Linn. VI. 424. n. 1316. — Papantlae. (Schiede.)

376. ***Tr.*** (Bartramia) *dumetorum* n. sp., Tr. spec. Linn. V. 228. n. 487., foliis ovatis acuminatis, inferioribus plus minusve acute trilobis, subduplicato-serratis, supra pilis simplicibus subtus stellatis pilosis; floribus versus apices in cymas axillares breviter pedunculatas paucifloras dispositis, completis; calyce sub apice mucronato; petalis anguste spathulatis, calycem superantibus; staminibus decem pluribus; fructibus globosis pilosulis hamuloso-echinatis trilocularibus trispermis. — In dumetis pr. Jalapam Jun. Aug. (Schiede) ad Tlalpujahua. (leg. Keerl comm. Martius.) — Species haec cum Tr. pilosa HBKth. nov. gen. V. 267., uti e descriptione patet, cognata, a qua autem distinguatur: foliis interdum trilobatis, lobis acutis; floribus polyandris nec decandris, pilis inferioris paginae stellulatis nec simplicibus, fructus pilosuli aculeis apice hamatis, ceterum reliqua conveniunt praeter magnitudinem foliorum, quae in inferioribus paulisper augetur.

377. ***Tr.*** *mollissima* HBKth. Nov. gen. V. 268. t. 488. Linn. V. 228. n. 488. — Pr. los dos Puentes, Hacienda de la Laguna Jul. Sept. (Schiede.) — Humboldtius hanc speciem legit prope Sta. Fe de Bogota in locis 1360 hexap. supra mare elevatis.

378. ***Tr.*** *obovata* n. sp. Linn. l. c. n. 489. — Hacienda de la Laguna Sept. (Schiede.)

Tr. *polyandra* Fl. Mex. ined., DC. prodr. I. 508. n. 24. — Mexico. (Sessé.)

Tr. *oxyphylla* Fl. Mex. ined., DC. l. c. n. 28. — In montibus Novae Hispaniae. (Sessé.)

TILIA L.

379. ***T.*** *mexicana* n. sp. — Arbor alta. Cuesta grande de Chiconquiaco. Sept. 29. (Schiede.) — Novam putarem Tiliam, quam paucis adhuc fructibus onustam legit sollertissi-

mus amicus, recedit enim ab omnibus Americanis, ad quas flore quidem ignoto haud sine dubio ponenda erit: foliis valde obliquis nullo modo cordatis glaberrimis (nec imo axillis barbatis) et fructu pubescente omnino ecostato; hinc ad laxifloram Michauxii spectaret, a qua foliis recedit. Folia haud ita magna, ad 4 usque poll. longa, 2½ p. lata, plerumque minora, basi sunt quasi oblique truncata, lateribus inaequilatis, ita ut juxta nervum medium in altero latere 3—4 nervi laterales, in altero autem 1—2 proveniant. Venae praeterea e nervo medio utrinque subsenae. Dentes marginales acutissimi, apice aliquantulum dilatati et incrassati, glandulosae indolis. Acumen folii terminale angustum et breve. Petioli dimidio folio breviores, excepta infima interiore baseos parte, quae tenuissime pubescit, glabri. Cymae pauciflorae videntur, bractea foliacea sat magna, pedunculus, quantus cum hac connectitur, pube tenuissima lentis ope conspicienda est tectus. Fructus pisi majoris magnitudine, styli basi apiculatus, denso adpresso tenuique tomento canescens, omnino ecostatus. Gemmae parvae glabrae.

T. ***heterophylla*** Vent.?, DC. l. c. p. 513. n. 8. — In agro Mexicano. (De Candolle.) — Dicit Candollius: „habeo specimen huic simillimum ex agro Mexicano," species igitur a nostra supra notata diversa foliis subtus tomentosis.

MUNTINGIA L.

380. ***M. Calabura*** L., DC. l. c. 514. — Pr. Papantlam. (Schiede.)

ALEGRIA Fl. mex. ined.

A. candida Fl. mex. ined.; DC. l. c. 516. — Mexico. (Sessè.)

(Continuabitur.)

NOTARISIA
NOVUM MUSCORUM GENUS PROPOSITUM

AB

ERNESTO HAMPE

BLANKENBURGENSI.

NOTARISIA Hampe.
(Brachypodium Brid. ex. p.)

Peristomium simplex *internum*; dentes sedecim *aeque* distantes, membranacei, integri, apice conniventes; calyptra mitriformis plicata basi lacera, demum undique fissa.

Observatio. Musci terrestres vel saxatiles perennes, foliis carinatis inflexo tortilibus. Weissiis crispatis aemulantes, Orthotricheis adnumerandi, proximi Macromitriis, a quibus differunt:

1) dentibus aeque distantibus; nec per paria approximatis.

2) surculis erectis; nec repentibus.

3) habitatione: ad terram et in saxis; nec in arboribus.

Genus in honorem *Jos. de Notaris* M. D. diligentissimi scrutatoris muscorum Italiae revocavi.

Tres species generi nostro adnumerandae sunt.

1) *N. capensis.* Fere uncialis, divisa ramosa; foliis carinatis lineari - lanceolatis acuminatis integris siccitate tortilibus, nervo crasso apice evanescente; seta surculo

multo breviore; theca oblonga striata; operculo rostrato erecto.

Syn. Encalypta crispata Hedw. Species muscor. tab. X.

Brachypodium crispatum Brid. Bryol. I. p. 147.

Grimmia crispata Spreng. Syst. IV. p. 155.!.

Hab. in Monte tabulari et Diaboli Prom. bonae spei; a Thunbergio detecta, nuper ab aliis relata est.

2) *N. virginica.* Semiuncialis, surculis vix divisis; foliis carinatis e latiore basi lanceolatis obtusis integris, siccitate tortilibus, nervo apice evanescente; seta surculo vix breviore; theca ovata laevi; operculo subulato recto.

Habit. in montibus altissimis Blueridge pr. Claytonville Americae septemtrionalis ad terram late expansa. Beyrich noster hanc speciem novam anno 1833 detexit. Staturae Afzeliae crispae Ehr., Dicrani quoque xanthodontis Hedw., sed colore fuscescente obscuro affatim dignoscenda; an huc Weissia obscura Roehl., Brid. Bryol. univ. I. p. 337.?

3) *N. italica.* Surculis exiguis; foliis carinatis lanceolato-obtusis siccitate valde tortilibus, nervo usque ad medium evanido; seta surculum superante; theca ovata laevi; operculo subulato recto.

Syn. Grimmia glyphomitrioides Balsamo et de Notaris Bryologia Mediolanensis. p. 153.!

Habitat ad saxa in collibus prope Corgeno supra Sesto calende Italiae.

Ab Dre. Kunze Prof. Lipsiens. mecum communicata est.

DE CAESALPINIEIS BRASILIAE.

AUCTORE

TH. VOGEL.

Quem primus cel. Rob. Brown sub Caesalpiniearum nomine proposuit Leguminosarum ordinem, dubitans num propria sit familia, mox alii auctores familiam nuncuparunt; tamen cl. De Candolle in Prodr. suo Leguminosas haud divulsit, et merito; nam nec habitus proprius nec characteres distincti hujus ordinis plantas a ceteris satis cognoscendas reddunt. Ex Mimoseis genus Parkia transitum efficit, quod quo referendum sit Brown ipse primo dubius erat; cum Papilionaceis vero jam tota Geoffroyearum sectio tam arcte conjuncta est, ut haec jam summa affinitas demonstret: insuper vero Apoplanesia Presl corolla rosacea et embryone curvato characteres, quibus usque nunc in hisce ordinibus dirimendis auctores usi sunt, non satis constantes esse docet. Et ego quidem hic argumentum addo, ne differentiis illis ex embryone recto aut curvato desumtis nimis confidas, in genere meo Leptolobio, quod orthoblastas una c. cyrtoblastis conjungit, quin in quo in eadem planta embryo nunc rectus nunc curvatus est. Character, quem auctores usque nunc minus adhibuerunt in hisce ordinibus definiendis est praefloratio, qua vero et Geoffroyeae excluduntur. Genera enim quae DC. sub Cassiearum tribu conjunxit, ut ab singulis generibus jam notum est, (fere?) omnia praeflorationem carinalem habent i. e. in qua petala (carinae) inferiora extima sunt, summum infimum. Hanc praeflorationem vidi in Guilandina, Schotia, Cercide, Parkinsonia, Bauhinia, Coulteria, Caesalpinia, Poinciana, Hoffmannseggia, Tamarindo, Hymenaea et in meis hic enumeratis generibus: Cladotrichium, Schizolobium, Perittium; etiam in Cassia plerumque haec praefloratio invenitur, sed vidi C. frondosae specimen ubi petala lateralia extima erant, idem cel. Kunth de Caesalpinia refert; deinde in Tachigalia saepius vexillum uno latere alam amplectens vidi, altero incluso; hic modus in Leptolobio dasycarpo m. constans esse videtur; dum ceterae Leptolobii species praeflorationem papilionaceam ostendunt. Quibus omnibus perpensis nec Caesalpineas nec Cassieas propriam familiam nuncupandas esse censeo, quum habitus proprius deficiat et characteres ambigui sint.

Inter Cassieas usque nunc nulla planta praefloratione papilionacea nota erat, sed quae genera ex orthoblastis papilionacea sunt ob stamina connata ad Geoffroyeas relata erant. Primum ill. Martius condidit genus inter Cassieas praefloratione papilionacea Sebipiram; haec cum Leptolobio m. typum mihi dat tribus Sebipirearum, quae arcte Cassieas c. Dalbergieis conjungit, et insignis est legumine compresso indehiscente, staminibus liberis, embryone recto vel curvato, praefloratione papilionacea vel carinali; illa enim genera praefloratione papilionacea tantum proxima sunt Dalbergieis, reliqua magis affinia ceteris Cassieis.

E Geoffroyearum tribu, sine dubio artificiali et in posterum mutanda, speciem generis Dipteryx describam; insuper novum genus huc referam „Pterodon“ quia calyce Dipterygi simile est et propter stamina connata secundum De Candollii characterem ad hanc tribum pertinet. Semen quidem non vidi, sed ex ovulo mihi ad orthoblastas referendum videtur.

DIPTERYX W.

Dipt. alata n. foliis sparsis, petiolo alato, staminibus decem.

Arbor? rami teretes, subglabri. Folia sparsa, pinnata; stipulae — —; petiolus compresso-planus, basi parum incrassatus, alatus, ala infra petiolulum folioli in stipellulam producta acutam minimam petiolulum superantem vel aequantem; petiolus omnino glaber, interdum a jugo inferiore usque ad medium spatium sequentis linea puberula notatus, circ. 7″ longus; foliola circ. 11 brevissime petiolulata, inferiora opposita, superiora alterna, lato-oblonga, inaequilatera, latere inferiore angustiore, basi parum subcordata, brevi obtusoque acuminata, subcoriacea, reticulato-venosa, glaberrima, supra nitida, media omnino majora ad apicem basinque petioli decrescentia, 2—2$^1/_2$″ longa, circ. 1$^1/_2$″ lata. Racemi axillares et terminales apice ramulorum paniculam formantes; pedunculi compressi, tomentosi; flores plurimi, approximati, singuli; bractea oblonga, acuta, intus concava, utrinque hirto puberula, 2‴ longa, decidua; pedicellus compressus, apice recurvatus, c. calyce articulatus. Calyx tubo subturbinato-cupulato: laciniae 2 superiores alaeformes, oppositae, apice rotundatae, 4‴ longae, 2‴ latae, extus glabrae, intus pilis albidis adspersae, margine dense obtectae, subpellucido-punctatae, 3 inferiores minutae acutae. Petala 5 erecta, papilionaceo-disposita, cum staminibus tubi calycini margini inserta, brevissime stipitata, subaequilonga, lacinias calycis superiores subaequantia, plus minus pellucide glanduloso punctata: vexillum rotundatum, apice emarginatum, complicatum: alae oblongae, ceteris petalis sublongiores inaequilaterae, latere postico multo angustiore et breviore: carinae petala semioblonga, apice rotundata, basi anteriore lobato-dentata, medio dorso connata. Stamina 10 monadelpha, alterna minora, apice parum vexillum versus curvata, vagina superne fissa. Ovarium stipitatum, compressum, 1-ovulatum, glaberrimum, ovulo pendulo; stylus curvatus, compressus, glaberrimus; stigma callosum, compresso subcapitatum. Leg. ignotum.

Sellow leg. in Brasil. merid.

PTERODON. n. g. *)

Calyx: sepala basi in cupulam connata persistentem: superiora majora alaeformia subopposita, inferiora minima. Corolla papilionacea quam sepala superiora minor, petalis subsessilibus, erectis, aequilongis, apice rotundatis. Stam. 10, filamentis connatis, vagina superne fissa. Ovarium sessile, lineare, stylusque compressus; stigma subcapitatum. Legumen subplano-compressum, suboblongum, indehiscens circumcirca membranaceo-alatum, medio monospermum, loculo seminifero intus sublignoso. Semen — —.

Pt. emarginatus m. (Dipteryx emarginata Spr! ined.)

Arbor? Rami teretes. Folia sparsa; stipulas non vidi. Petiolus communis compresso-angulosus, tomentosus, 4—5″ longus; foliola circ. septena, alterna, brevi-petiolulata, ovato-oblonga, basi rotundata, apice emarginata, pellucido-glanduloso-punctata, utrinque glabra, subtus pallida, circ. pollicaria. Racemus terminalis, paniculato-compositus; rhachis compressa, tomentosa, sub-4-pollicaris; pedunculi rhachi similes, patentes, 1—2″ longi, multiflori; pedicelli singuli pluresve aggregati, erecto-patuli, 2—3‴ longi, subcompressi tomentosi, infra apicem articulati (bibracteolati?). Calyx glaber; cupula suburceolata basi subattenuata, persistens; laciniae 2 superiores suboblongae apice parum latiores, rotundatae, 3—4‴ longae, subpersistentes, inferior (e 3 connata?) brevissima acuta. Corolla mox decidua: vexillum ovale, brevissime unguiculatum, apice emarginatum, complicatum; alae carinae adpressae, suboblongae, apice rotundatae, basi parum angustiores; carinae petala (libera?) oblonga subaequilata apice rotundata. Stylus curvatus ovariumque glaberrima; stigma callosum, compresso-capitatum. Legumen sessile, elliptico-oblongum, subobliquum glaberrimum, valvis adpresso-connatis, circumcirca membranaceo-alatum, monospermum; loculus seminifer medio leguminis convexo-prominens, coriaceo-lignosus; stratum ejus exterius e cellulis liquido balsameo impletis compositus; stratum interius lignosum. Semen nusquam excultum visum.

---

*) Nomen compos. e verbis πτερὸν et ὀδὼν propter calycis dentes superiores alaeformes.

Sellow leg. in Minas Geraës ad Barra do Rio das Velhas.

E SEBIPIREARUM sectione

haec quidem genera e Brasilia mihi obvia sunt:

SEBIPIRA.

Martius (iter Bras. tom. 2. p. 787).

Calyx bibracteolatus, tubuloso-cylindricus, basi acute attenuatus, obliquus, ore subaequaliter 5-dentato; bracteolae parvae fugaces. Petala 5 papilionaceo-disposita, erecta, stipitata, inaequilonga, subcrenulata, cum staminibus medio calyci inserta; vexillum lamina subquadrato-rotundata apice subemarginata adscendente; alae oblongae, basi obliquae, ceteris petalis longiores; petala carinalia libera, subsemioblonga, basi obliqua. Stamina 10 fertilia; filamenta libera, glabra; antherae subglobosae. Ovarium cum stipite compressum, multiovulatum; stylus compressus erecto-adscendens; stigma capitatum. Legumen stipitatum, stipite calyce persistente incluso, plano-compressum, membranaceum, indehiscens, lineare, superne alatum, pluribus seminibus. Semina subcompressa, albuminosa; embryo rectus; cotyledones planae; radicula brevis exserta; plumula inconspicua.

Arbores Brasilienses, foliis sparsis pinnatis, stipulis fugacibus, floribus paniculato-racemosis. Habitus Robiniae vel Geoffroyae.

1. *S. major* Mart.? l. l. S. ramulis foliisque glabris, foliolis 8—11 lanceolato-oblongis glabris.

Truncus arboreus 35—40′ altus (teste Luschnath.) et rami teretes, cortice crasso spongioso ochraceo-subferrugineo vel cinerascente tecti. Petiolus communis semi-teres, supra canaliculatus, glaber, circ. 4″ longus; foliola alterna 8—11, brevi petiolulata, lanceolato-oblonga, basi rotundata, apice retusa, utrinque reticulato-venosa, nervo medio subtus tantum crasso-prominente, supra glabra nitida, subtus incano-glauca hinc inde pilis adspersa, rigide membranacea, ultra 2″ longa, 10‴ lata. Racemi apice ramulorum paniculam efficiunt amplam patulam, primum pube aurea hirti, dein subglabri. Flores patuli, nutantes, caerulei (teste Luschnath.); pedicelli breves (circ. 1‴ longi), basi bractea minima squamaeformi acuminata muniti; calyx cum pedicello articulatus ibique bibracteolatus, superne gibbus, glaber, 4‴ longus, dentibus 5 subaequalibus acutis circ. 1‴ longis, subatropurpureus; tubus calycinus ab ore ad medium usque fere aequalis, ibi petala staminaque inserta gerens, inde a quo attenuatur et basis acuto-attenuata toro impleta est, quocum et ovarii stipes connatus, qui nunc medius nunc magis lateralis est. Corolla e sicco subviolacea calyce dimidio brevior, petalis subcrenulatis; vexillum unguiculato-stipitatum, stipite calycem subaequante, lamina subquadrata ovali marginibus subreflexis, quam carina vix breviore; alae stipite calycem superantes, suboblongae, apice rotundatae; petala carinalia alis simillima, angustiora, minora. Stamina calycem parum superantia, filamentis basi planis, apice subsubulatis; antheris minutis. Pistillum stamina aequans; stipite compresso glabro circ. 3‴ longo; ovarium lineare, compressum; basi attenuatum, apice subrotundato-obtusum, circ. 8-ovulatum, glabrum excepto latere inferiore pube aurea ciliato; stylus compressus, glaber, circ. 2″ longus; stigma crassum, capitatum. Legumen, stipite calycem aequante compresso, rectum, membranaceum, ad semina torosum, valvis inter semina adpresso-connatis indehiscens, superne angusto-alatum, glaberrimum, apice rotundatum, oblique styli persistentis basi apiculatum, ½″ fere latum, 2″ longum. Semina plerumque 3—4, magnitudine seminis Ciceris Lentis, ovali-oblonga, testa extus laevissima nitida.

Manso et Lhotzky leg. in regione Cujabá provinciae Matto-Grosso Brasil. in sylvaticis mense Septembr. c. flore; Sellow leg. c. fl. et fr. in Brasil. merid.; Lüschnath. leg. pr. Bahia mense Octob. c. fl.

2. *S. ferruginea* n. ramulis petiolisque subferrugineo-hirsutis, foliolis 12—15 angusto-oblongis supra glabris laevibus subtus incanis hirsutis.

Rami teretes, cortice substriato laevi, ramulique compressi tomentosi; petioli subteretes et ramulorum apices tomento sordide ferrugineo hirsuti; petiolus fere 4″ longus basi 2 stipulis ovatis acutis adpressis 1‴ longis ferrugineis fugacibus stipatus. Foliola lanceolato-oblonga vel angusto-oblonga, apice rotundata seu emarginata, supra glaberrima subavenia, nervo medio impresso (ut in anteriore), (e sicco) olivacea, subtus-incano glaucescentia pilis adpressis densis aureis hirsuta, ultra pollicaria, 4—6‴ lata, membranacea. Flores omnino prioris, at corolla major calyce plus duplo longior; vexillum latius quam longum, carinam longitudine subsuperans; alae subobovato-oblongae; petala carinalia similia sed fere dimidiata. Legumen ignotum.

Sellow legit in Brasilia merid.

Obs. Robinia paniculata Hrb. W. n. 13663. ab ill. Hoffmannsegg communicata pr. Bahia crescens huc vocanda videtur.

LEPTOLOBIUM m. *)

Calyx tubuloso-conicus, basi acuta attenuatus, ore 5-partito; laciniae acutiusculae, 2 superiores minus, 3 inferiores magis fissae. Bracteolae 2 parvae deciduae infra calycem. Petala 5 libera, calycis fauci cum staminibus inserta, subpapilionaceo-disposita, attenuato-stipitata, subaequilonga, 4 inaequilateris, 5to aequilatero. Stamina 10 fertilia; filamenta libera subfiliformia, infima basi annulo cohaerentia; antherae oblongae, minutae. Ovarium stipitatum, erectum, compressum, pluriovulatum; stylus compressus, antice curvatus; stigma subsimplex. Legumen stipitatum, stipite calyce persistente incluso, lineare, compresso-planum, membranaceum intus sublignosum, indehiscens, 1—3 spermum. Semina subcompressa, albuminosa; embryo rectus vel curvatus; cotyledones planae; radicula exserta; plumula inconspicua.

Arbores seu frutices? foliis impari-vel abrupto-pinnatis, stipulis deciduis, floribus racemosis.

A. ***Eu-Leptolobium***: foliis impari-pinnatis, embryone (plerumque) recto.

1. *Lept. dasycarpum* n. ramulis petiolis racemis foliolisque subtus tomentoso-pubescentibus, foliolis 3—6 coriaceis ovatis oblongisve, legumine pubescente exalato apice subrotundato.

---

*) Nomen compositum e verbis λεπτὸς et λόβιον ob tenue legumen.

Arbor? Rami teretes, glabri; ramuli e tereti compressi, tomento ex aureo-flavido sordido vel albido pubescentes. Folia sparsa; stipulae lineares, breves, pubescentes, deciduae; petiolus subteres, basi parum incrassatus, ut ramuli pubescens, 1—3″ longus; foliola subsessilia, opposita, 1—2 juga, c. terminali, rarius vero 6 adsunt sine terminali, saepius foliolum unicum; stipellula una linearis brevis infra quodque foliolum, foliolum terminale vero bistipellulatum. Foliola ovata vel obovato-oblonga vel oblonga, basi saepius inaequilatera hinc cuneata, apice obtusa vel retuso-emarginata, supra primo pubescentia denique glabra, viridia, subtus pallidiora, pilis subalbidis densis pubescentia, utrinque, subtus magis, reticulato-venosa, nervo medio supra tantum plano, 2—4″ longa, 1½—2½″ lata. Racemi axillares et terminales, apice ramulorum simplices vel foliis delapsis paniculam efficientes; pedunculi subcompressi, ut ramuli pubescentes, erecto-patuli vel apice nutantes, folia aequantes vel superantes. Flores brevissime pedicellati, singuli vel bini ternive aggregati, subnutantes. Bractea setoso-linearis, subscariosa, 2‴ longa, pubescens, decidua. Calyx ut in ceteris basi longe et acute attenuatus ibique toro impletus; infra basin bracteolae 2 oppositae, fugaces, bracteae similes at minores ibique pedicellus articulatus est; calyx extus tomentoso-pubescens, laciniae superiores inferioribus subaequales. Petala calyce parum longiora, cum staminibus calycis fauci villosae inserta, aequilonga, ovali-oblonga, apice subrotundata, summo parum angustiore. In praefloratione petalum summum altero latere includitur, altero alam tegit, petala carinalia vero intimae sunt. Stamina 10 fertilia, alterna minora; filamenta angusta, basi compresso-plana, suberecta, in flore aperto corollam superantia; antherae oblongae, medio fere dorso affixae, biloculares, rima laterali dehiscentes. Ovarium stipitatum, stipite compresso ovarium subaequante, circ. 1‴ longo, compressum hirsutum, sub-6-ovulatum; stylus subcompressus, in alabastro intus curvatus. Legumen stipitatum, stipite calycem persistentem superante, compresso, ad semina torosum, valvis inter semina adpresso-connatis, reticulato-nervosum, pubescens, 1—2″ longum, semipollicem latum et ultra; styli basi oblique apiculatum. Funiculus teres brevis. Semina 1—3 ovali-oblonga, magnitudine circ. parvi seminis Phaseoli vulgaris, testa laevi glaberrima, rubicundâ; hilus parvus, subovalis, lateralis, basin versus situs. Embryo fere semper rectus, rarissime inveni semina ubi radicula parum curvata erat; cotyledones crassiusculae, subovales, basi subcordatae.

Sellow leg. in prov. Minas Geraes pr. Capivary, S. Antonio de Monte, Pirapitinga aliisque locis.

2. *Sept. elegans* n. foliolis 6—9 oblongis ovatove-oblongis utrinque glabris subcoriaceis, legumine glabro subalato apice rotundato.

Species omnino priori sat similis; rami teretes cortice spongioso-suberoso tecti; ramuli subcompressi, brunnei vel glauco-pruinosi, verrucosi laevesve, pubescentes seu glabri. Petiolus communis subteres, puberulus, 5—6″ longus; foliola brevi petiolulata 3—4 juga, (plerumque impar quoque foliolum adest) apice rotundata, retuso emarginata, basi rotundata seu parum attenuata, utrinque glabra, reticulato-venosa, supra laete subtus ex incano viridia, chartaceo-membranacea, 2—3″ longa, $\frac{1}{2}$—1″ lata. Racemi hirsuto-pubescentes seu glabri. Flores a prioris diversi pedicello longiore, calyce subminore, multo minus pubescente, ovario multo minus hirsuto, petalis praefloratione papilionacea, etiam legumen parum latius, glabrum, ala angusta superne instructum differt. Embryo in hac specie saepius radicula parum incurva occurrit; cotyledones plerumque virides prioris conformes.

Sellow leg. in San Paulo pr. Ypanéma, in Minas Geraës pr. Capibury aliisque locis.

3. *Lept. tenuifolium* n. foliolis 8—9 subalternis oblongis vel ovali-oblongis membranaceis glaberrimis, inferioribus minoribus.

Rami teretes, glabri; folia nunc abrupte pinnata, nunc cum terminali; petiolus compressus, glaber, 3—4″ longus; foliola brevi petiolulata, non exacte opposita, 4-juga, basin petioli versus decrescentia, superiora oblonga, inferiora subovata, basi rotundata, apice paulum acuta, superiora 2″ longa et ultra, circ. 1½″ lata, inferiora circ. pollicaria et minora. Racemi apice ramulorum compositi hirti; pedunculi compressi pube aurea adpressa hirti vel glabri. Calyx aureo-hirtus; infra calycem bracteolae 2 deciduae. Petala quam in ceteris latiora, subminora, subovalia, summum subrotundum; sed latius quam longum, apice emarginatum. Praefloratio papilionacea est. Ovarium glabrum. Leg. ign.

Sellow leg. inter Campos et Victoria.

B. *Mesitis* *): foliis abrupte pinnatis, embryone curvato.

4. *Lept. bijugum* m. glabrum, foliolis 4 ellipticis oblongisve coriaceis nitidis subtus glaucis, legumine subalato acuto.

Arbor? rami teretes, cortice cinerascente; folia sparsa; petioli subcompressi, glabri, supra canaliculati, circ. 1½″ longi; foliola opposita, bijuga, rarissime insuper quintum foliolum terminale adest, sed plerumque e foliolis jugi superioris alterum erectum est, alterum magis laterale saepius et minus; foliola brevissime petiolulata, elliptica seu oblonga, apice rotundata retusave, basi subobliqua rotundata vel attenuata, supra nitida, distincte reticulato-venosa, (e sicco) olivacea seu ex olivaceo-brunnea, subtus opaca plerumque glauca, $^{3}/_{4}$—2″ longa, $^{1}/_{3}$ — 1″ lata. Racemi ut in ceteris; pedunculi compressi, erecto-patentes, pube sordido-aurea adpressa tecti, circ. 2″ longi; pedicelli erecto-patentes, apice nutantes, c. calyce hirto-sericei. Calycis ratio eadem ac supra exposita: laciniae superiores parum latiores labium fere superius formantes. Petala calyce duplo longiora, patulo-erecta, 4 subaequilonga, apice rotundata; petala carinalia obovato-oblonga, subdimidiata: 2 media obovato-oblonga, inaequilatera in stipitem subcuneato-attenuata: summum ceteris parum minus, obovatum vel ovali-oblongum, apice subemarginatum; petalorum praefloratio plane papilionacea. Stamina 10 erecta, 5 alterna minora petalis opposita; filamenta subcompresso-filiformia, apice subulata, in alabastro medio intus geniculata. Legumen ut in ceteris, apice tantum magis acutum, sutura seminifera angusto-alata. Semen oblongum, magnitudine et forma fere anterioris; embryo semper radicula distincte curvata! cotyledones crassiusculae irregulari-oblongae.

---

*) Nomen derivatur a verbo *μεσῖτις* quia haec species Orthoblastas et Cyrtoblastas conjungit.

Sellow leg. inter Victoria et Bahia.

Obs. 1. Quum ita L. bijugum floris et leguminis structura exacte ceteris hujus generis speciebus respondeat, nec in vegetatione quid adsit quod satis differat, cum hoc genere conjungendum esse censui quamvis usque nunc nullum notum sit exemplum generis inter Leguminosas quod orthoblastas una cum cyrtoblastis includat; sed diversitas embryonis in eadem specie supra memorata hanc conjunctionem necessariam esse demonstrat.

Obs. 2. Leptol. bijugum eadem est planta, quam Sprengel Neu. Entd. 1. p. 290: sub nomine Cubaea bijuga descripsit, et quam cel. DC. ad Tachigaliam vocavit Pr. 2. p.

487. Revera Sprengelii descriptione l. l. perlecta minime dubitabis quin vera sit Tachigalia, sed specimina autographa me docuerunt auctorem magis Aubletii descriptionem quam floris structuram observasse. Brevi hic Tachigaliae characterem describam, quem non satis exacte expressum invenio:

TACHIGALIA Aubl.

Sepala 5 obtusa in tubum obconicum obliquum concreta, latere superiore longiore gibbo. Petala 5 calycis fauci inserta, inaequalia, intus ferrugineo-sericea, summo quam ceteris minore. Stamina 10 exserta, filamentis basi villosis, 7 inferioribus subaequalibus parum recurvatis, 3 superioribus erectis latioribus. Ovarium lineari-oblongum, compressum, stipite adscendente superiori lateri calycis basi adnato; stylus filiformis, elongatus, in alabastro petali summi dorsum tangens; stigma (denique) bipartitum. — De legumine cf. DC., ex quo magnam similitudinem cum fructu Lepotolobii habere videtur.

Species ob flores ignotos dubia.

5. *L.? leiocarpum* n. foliolis 6 alternis ellipticis membranaceis supra glabris nitidis subtus puberulis, racemis axillaribus pauci-(3)-floris, legumine subovali-oblongo alato monospermo glabro.

Rami teretes, albido-cinerascentes, glabri. Folia sparsa; petiolus subcompressus, sordide-ferrugineo tomentosus; foliola brevi petiolulata, alterna, circ. 6 elliptica vel angusto-oblonga, supra nitida glabra incano-viridia, subtus incana puberula, subrigide membranacea, longiora 1—1½″ longa, ½″ lata. Racemi axillares vel laterales e speciminibus fructiferis circ. 3-flori; pedunculi vix 2‴ longi; pedicelli circ. ½″ longi, subcompressi ultra basin bibracteolati glabri; pedicelli ubi bracteolae sunt articulati. Legumen longe stipitatum est compressissimum, ex ovali oblique oblongum, basi attenuatum, apice rotundatum, styli basi apiculatum, sutura seminifera angusto-oblonga, indehiscens, membranaceum, intus sublignosum, glabrum, 1″ longum, 7—8‴ latum, stipite compresso 4‴ longo. Semen ovale, valde compressum, circ. 3-lineare; albumen tenuissimum; embryo rectus; cotyledones subfoliaceae; radicula vix apice exserta.

Sellow leg. in Brasilia.

Obs. Extra Brasiliae fines quoque hoc genus inveniri docet species guianensis:

L. nitens n. foliolis 3—5 ovali vel elliptico-oblongis subemarginatis glaberrimis supra nitidissimis coriaceis, racemis elongatis gracilibus.

Species pulcherrima. Rami teretes glabri. Petioli e tereti subcompressi subpubescentes 2—3″ longi; foliola petiolulo glabro crassiusculo 1 1/2‴ longo, ex ovali elliptico-oblonga supra sublaevia, subtus pallida nervo medio crasso-prominente reticulato-venosa sub 2″ longa 1″ lata. Racemus (in unico specimine) lateralis basi compositus ramis rhachi simillimis adscendentibus; rhachis compressa pube subhirta adpressa dense tecta subpedalis; pedicelli breves (1‴ long.) compressi floribus subnutantibus. Calyx pube qua rhachis dense tectus, ore subbilabiato: laciniis 2 superioribus latis obtusiusculis altius connatis, 3 inferioribus aequalibus acutis profunde partitis. Petala subaequilonga calyce duplo longiora erecto-patula (praefloratione carinali?). Stamina 10, inferiora adscendentia, filamentis compresso-planis glaberrimis. Ovarium stipitatum, 3-ovulatum latere seminifero recto, altero convexo-curvato, pubescens aut exceptis marginibus glabrum, stylus compressus, suberectus, apice acuto-attenuatus; stigma simplex. Leg. ign.

Martin leg. in Guiana gallica. V. s. in Hrb. Kth. e Mus. Paris.

ACOSMIUM Schott.

(Sweetia Spr! test. auct. syst. veg. 4. cur. post p. 406.)

Calyx brevis campanulato-cupulatus, 5-dentatus, dentibus minutis. Petala 5 cum staminibus parum supra calycis basin inserta; papilionaceo-disposita, erecto-patula: inferiora obovato-oblonga basi attenuata: media oblongo-linearia, parum longiora, stipitata, inaequilatera: summum amplum, rotundum, emarginatum, brevi unguiculatum. Stam. 10 fertilia; filamenta subcompresso-filiformia; antherae subrotundae. Ovarium brevi stipitatum, compressum; stylus subteres, uncinatus; stigma simplex. Legumen ignotum.

Acosmium lentiscifolium Sch. Inflorescentia apice ramulorum ampla, paniculato-racemosa, pedunculis compressis virgatis; flores parvi (circ. 3''' longi). Ramulos floriferos aphyllos tantum vidi, quos Sellow inter Rio Jan. et Cabo frio collegit, pr. Ypanema aliisque locis.

Genus floris structura satis ad Leptolobium accedens.

SCLEROLOBIUM n. *)

Calyx: sepala 5 oblonga basi in cupulam persistentem connata. Corolla: fila 5 plana, angustissimo-linearia. Stam. 10 fertilia, paulo supra calycis basin inserta, calyce minora; filamenta libera compresso-filiformia, apice subulata, basi patenti-hirsuta; antherae rotundo-oblongae. Ovarium sessile, compressum, oblongum; stylus subteres suberectus; stigma callosum, simplex. Legumen sessile, compresso-planum, ellipticum, lignosum, indehiscens, medio 1—2 spermum. Semen compressissimum, albuminosum; embryo rectus; cotyledones plani, subfoliacei; radicula exserta; plumula inconspicua.

---

*) Nomen compositum e verbis σκληρός et λόβιον ob lignosam leguminis consistentiam.

Arbores Brasilienses, foliis subabrupte pinnatis, floribus subspicato-racemosis.

1. *Scl. denudatum* n. foliolis 2—4-jugis oblongis basi attenuatis.

Arbor; rami teretes, glabri, substriati; ramuli compressi anguloso-striati. Folia sparsa; petiolus semiteres, basi incrassatus, glaber, 4″ longus; foliola opposita, 2—3 juga, (saepius vero alterum foliolum extremi paris in petiolo communi lateraliter elongato affixum est, ut tunc folia impari pinnata esse videantur) oblonga, apice rotundata, basi plus minus attenuata, coriaceo-membranacea, glabra, supra sublaevia nervis primariis impressis, subtus prominenti reticulato-venosa, magnitudine ab apice petioli ad basin decrescentia, 1½—3½″ longa, 9‴—2″ lata. Racemi apice ramulorum plures, unde racemus compositus; rhachis circ. pollicaris, anguloso-compressa, glabra; flores numerosi, approximati, sessiles, quam Ervi Lentis semina minores. Calyx sepalis crassiusculis apice rotundato-obtusis extus pilis aureis hirtis adpressis tectis; pars cui stamina insident, calyce delapso, forma annuli plerumque sese solvit. Petala fila 5 angustissima, basi parum latiora, pilis aureis patentibus hirsuta, (in alabastro) vix staminibus majora, circa 1½‴ longa. Stamina filamenta subsubulata, basi compressa, ad medium usque et ultra pilis aureis patentibus hirsuta. Ovarium ovali-oblongum, aureo-ferrugineo hirsutum, vix 2‴ longum, 8-ovulatum; stylus subteres, hinc inde pilosus. Legumen elliptico-oblongum, apice rotundatum, glabrum, brunneum, totum lignosum, valvis adpresso-connatis indehiscens, 1—2 spermum. Semina medio legumine affixa, figura irregulari e lato oblonga, subsemipollicaria; testa laevissima, opaca; hilus lateralis, cotyledones ovali-oblongae, basi cordatae, virides.

Sellow leg. in Brasil. merid.

2. *Scl. macrophyllum* n. foliolis 5—6-jugis subovato-oblongis acuminatis basi rotundatis.

Truncus arboreus 15′ altus; ramuli e tereti-subcompressi striati. Petiolus 10″ longus, puberulus, subteres; foliola acumine brevi lato obtuso vel emarginato, glabra, utrinque prominenti reticulato-venosa, subcoriacea, 5″ longa, 15‴ lata, petiolulo 4‴ tereti runcinato. Flores non vidi; pedicelli brevissimi, teretes, crassi. Legumen (non plane maturum) compresso-planum, elliptico-oblongum, glabrum, apice subobtuso viride; circ. 1½″ longum.

In Regione Cujabá prov. Matto-Grosso leg. Manso et Lhotzky in campis.

3. *Scl.? paniculatum* n.

Arbor 15—20 pedalis; rami teretes, puberuli; ramuli pube subferruginea tomentosi. Folia sparsa, abrupte-pinnata; petiolus erecto-adscendens, semiteres, supra canaliculatus, pilis aureo-flavidis ferrugineisve plus minus adpressis hirsutus, deinde pubescens, 4—9″ longus; foliola 2—6 juga, brevi petiolulata, oblonga, basi obliqua, parumque inaequilatera, apice obtusiuscula vel acuminata, supra excepto nervo medio glabra, subtus pallidiora, pube aureo-flavida splendente dense tecta, rigide membranacea, 3—5″ longa, 1—1½″ lata; petiolulus crassiusculus, e tereti subcompressus, aureo-flavido pubescens, circ. 4‴ longus. Racemi apice ramulorum ampli, paniculati; rhachis anguloso-compressa, tomento ferrugineo fugaci, semipedalis; ramificationes rhachi similes, magis compressae, subpatentes. Flores pedicellati, circ. 100 in pedunculo 4-pollicari; pedicellus vix 1‴ longus ut pedunculus (in ea parte qua flores fert) et calyx pube albida densa sericeus. Calyx 5-sepalus: sepala oblonga, basi in cupulam persistentem connata, intus concava, apice rotundato-obtusa. Petala: 5 fila c. staminibus parum supra calycis basin inserta, angusto-linearia, apice obtusa, glabra, rubicunda, stamina (in alabastro) subaequantia. Stam. 10 fertilia: filamenta basi plana, apice subulata, pilis longis aureo-flavidis hirsuta; antherae oblongae, dorso sub medio affixae, loculis basi liberis. Ovarium sessile, oblongum, compressum, aureo-flavido dense hirsutum, 10-ovulatum; stylus e tereti compressus, glaber, in alabastro subuncinato-curvatus, dimidium ovarium aequans; stigma simplex. Leg. ignotum.

Hujus plantae 2 adsunt specimina sub diversis numeris missa sed eodem loco lecta; ovaria maturescentia, quae oblonga sunt basi attenuata, omnino aliam fructus figuram (et structuram?) indicare videntur quam priorum; quum insuper et filis petaloideis et stylo parum differant, de genere incertus sum. Pars quoque illa calycis annularis stamina ferens hic non solvitur, filamenta enim profundius inserta sunt.

Manso et Lhotzky leg. in regione Cujabá prov. Matto-Grosso in sylvis; floret mense Novembre.

Inter reliquas Cassieas haecce observavi genera:

EXOSTYLES Schott in Spr. syst. cur. post. p. 406. Endlicher atact. p. 26.

Exost. ***glabra*** n. ramis glabris, foliolis 7—10 suboblongis longo acuminatis basi subcuneatis glanduloso-subserrulatis glaberrimis.

Species E. venustae Sch. sat similis; ramuli teretes sunt glabri; foliola alterna, subovato-oblonga vel basi cuneato-attenuata, longe et obtuso-acuminata, margine brevissime subduplicato-serrulata, dentibus glanduloso-terminatis, subtus pallida, circ. 2″ longa, 6—12‴ lata. Racemi 3—4″ longi pubescentes. Flores in alabastro tantum vidi: Calyx extus hirto-pubescens; petala (in sicco) atro-purpurea, oblonga, subaequalia, basi in stipitem brevissimum attenuata; ovarium glabrum. Leg. ignot.

Sellow leg. ad Engenho do Paraibu in itinere a Rio ad Minas.

SCHIZOLOBIUM n. g. *)

Calyx: sepala 5, basi in tubum turbinatum connata, laciniis subaequalibus oblongis obtusiusculis reflexis. Petala 5 tubi margini cum staminibus inserta, subaequalia, libera, stipitata, lamina crenulata. Stam. 10 fertilia suberecta: filamenta libera, scabriuscula, basi plana latiora; antherae oblongae. Ovarium brevi stipitatum (stipite basi calyci adnato) compressum, subdimidiato-oblongum, pluriovulatum; stylus basi erectus, deinde adscendens, e tereti compressus, apice angustatus; stigma simplex, acutum. Legumen compressum, obovatum, valvis 2 dehiscens, 1-spermum: strato exteriore firmo-coriaceo ab interiore tenui membranaceo sese solvente. Semen apice leguminis a strato pericarpii interno ut ab ala inclusum, magnum oblongum, plano-compressum, albuminosum; funiculus brevis filiformis; embryo rectus; cotyledones plano-compressae; radicula exserta; plumula evoluta.

Sch. excelsum n.

Arbor 120′ alta. Folia bipinnata; petiolus communis e tereti compressus, substriatus, pennae scriptoriae crassitie, basi parum incrassatus, subglaber, ubi pinnae oriuntur interdum ferrugineo-pubescens, usque 2 ad pedes longus; pinnae circ. 18-jugae, secundae, petiolo compresso tereti basi parum incrassato 5″ longo pube aureo-flavida densa fugaci tecto; foliola circ. 20-juga, opposita, oblonga, brevissime petiolulata, supra (e sicco) nigra opaca, subtus incana pilis albidis et nervo medio pilis aureo-nitentibus tecta, 6‴ longa, 2‴ lata. Flores racemosi, plurimi; racemi axillares, terminales, apice ramulorum paniculato-dispositi; pedunculi elongati, adscendenti-erecti, basi teretes, apice angustati, sub-compressi, striati, glabri, folia subaequantes; bracteas fugaces non vidi; pedicelli erecto patentes, subcompressi, pube sordida adpressa tomentosi, semipollicares. Calyx ebracteolatus, ut pedicelli tomentosus, 9‴ longus; laciniae membranaceae, intus luteae, reflexae, deinde deciduae, tubus denique in plures solvitur annulos. Petala erecto-patula, stipitata; lamina ovali-oblonga vel obovata, apice rotundata, basi in stipitem attenuata venis nigris striatum et extus aureo-flavido pubescentem, circ. 10‴ longa, medio 5‴ lata. Stamina petalis parum minora. Ovarium compressum, 4-ovulatum, latere seminifero convexo, altero recto, pube atro-fusca nitente sericeum; stylus glaber. Legumen obovatum, basi in stipitem brevem crassum attenuatum, apice rotundatum, extus glabrum irregulariter rugosum, marginibus glabris subdistinctis; denique stratum exterius sese solvit ab interiore; exterius est intus reticulato-rugosum; interius lignoso-membranaceum, laevissimum, basi laminis 2 (utriusque valvae) connatis apice semen includens ibique denique dorso dehiscens, figuram fere leguminis Myrospermi aemulans; totum leg. cum stipite circ. 5″ longum, 2″ latum. Semen ultra pollicem longum, 6—7‴ latum, compressum; testa glaberrima, laevissima, nitida; cotyledones oblongae, crassiusculae, firmae, virides; radicula crassa.

---

*) Nomen compositum e verbis: σχίζω findo et λόβιον legumen parvum.

Luschnath leg. pr. Rio Jan., Sellow in San Paulo ad Ypanema.

CLADOTRICHIUM *n. g.* *)

Calyx: sepala 5 basi in tubum brevem cupularem basi acutum persistentem connata, linearia, glandulosa, 4 subaequalia, 5to inferiore parum latiore. Petala 5 cum staminibus tubi calycini margini inserta, subrotunda, inaequalia, summo quam ceteris minore complicato extus nigro-glanduloso. Stamina 10 fertilia, inaequalia, inferioribus sensim longioribus, cum ovario in dentem infimum calycis reclinata; filamenta plana, membranaceo-alata, apice angustata glabraque, a basi ad medium fimbriato-ciliata; antherae oblongae, basi cordatae. Ovarium sessile, compressum, lineari-oblongum, basi obliquum, multi-ovulatum, pilosum et glandulosum; stylus basi erectus, compressus, apice ampliatus, uncinato-incurvus; stigma perforatum, fimbriatum. Legumen sessile, compressum, lato-lineare, basi obliquum, apice styli basi apiculatum, rigide membranaceum, 2 valvis dehiscens, glandulosum, pilisque ramosis dense tectum, polyspermum. Semina subcompressa, rotundata, in funiculo brevi triangulari affixa; matura non visa. Embryo rectus. — Frutices Brasilienses; foliis bi- et impari-pinnatis, bistipulatis; floribus racemosis.

1. *Cl. rubicundum* n. Caule suberecto, stipulis integris, foliis 4—5-jugis, foliolis subtus glandulosis.

Frutex 1—2 pedalis. Radix subperpendicularis, multiceps. Caules erecti ramosi crassitie pennae anserinae, subpuberuli, raro hinc inde glandulis nigris sessilibus punctati; rami cauli simillimi. Folia sparsa, c. impari bipinnata, petiolata, basi bistipulata; stipulae simplices, setoso-lineares, basi cum petiolo connatae, pubescentes, circ. 2''' longae;

---

*) Nomen compositum e verbis *κλάδος* et *ϑϱίξ* ob pilos ramosos qui legumina tegunt.

petiolus communis e semitereti compressus, supra plus minus canaliculatus, infima basi incrassatus, pube brevissima tectus, 2—3″ longus, infra juga circ. 6‴; pinnae 4—5-jugae, oppositae, c. petiolo communi articulatae, circ. pollicem longae, brevissime pubescentes; apice in setulam acutam elongatae; foliola parva, 9—14-juga, opposita, sessilia, in articulatione glandulosa, ovato-oblonga, apice plus minus acuta, basi rotundata, inaequilatera, subtus et imprimis margine pilis singulis albidis adspersa, supra glabra sublaevia, subtus nervo medio prominente rugosa glandulis nigris notata, utrinque laete viridia, circ. 2‴ longa, et 1‴ lata. Racemi simplices terminales: rhachis subangulosa, hinc inde nigro-glandulosa, pubescens; pedicelli basi bracteati, bractea fugaci, sparsi, approximati, patenti-erecti vel adscendentes, subteretes, puberuli, subsemipollicares, hinc inde glandulosi. Calyx in pedicelli apice distincte articulatus subrubicundo-fucatus (e sicco): tubus brevis basi acutus, striatus; laciniae membranaceae, subaequilongae ut tubus extus nigro-glandulosae: 2 superioribus aequalibus linearibus acutis planis, 2 lateralibus similibus, parum latioribus, infimo latiore oblongo complicato. Corolla calycem parum superans, semipollicaris, (e sicco) rubicunda, praefloratione carinali; petala patula: 2 infima obovato-oblonga, basi obliqua, in stipitem attenuata, apice rotundata, ceteris longiora: 2 lateralia ovali-oblonga inaequilatera, unguiculato-stipitata: summum oblongum, basi vix attenuatum, complicatum, ceteris minus, extus glandulis nigris dense obsitum. Stamina petalis minora, filamentis albide lacerato-fimbriatis. Ovarium sericeo-pubescens et pilis ramosis tectum, insuper hinc inde glandulosum, circ. 12-ovulatum, apice in stylum attenuatum; stylus basi pilosus, compressus, erectus, deinde adscendens, apice tumido-ampliatus, ibique uncinato-incurvus; stigma truncatum perforatum, fimbriis (primo) clausum deinde ciliatum. Legumen a tubo calycis cupulari persistente basi inclusum, acutum, marginibus vix incrassatum, extus multis glandulis sessilibus nigris et pilis crassis ramosis dense tectum, sesquipollicare, 4—5‴ latum. Semina multa abortiva (num semper?) in leg. immaturis quae vidi.

Sellow leg. in Brasilia meridionali.

2. *Cl. stipulare* n.: stipulis pinnatifidis, foliis 4—5-jugis, foliolis subtus glandulosis.

Habitus prioris; rami pube minuta et pilosa, utraque albida, tecti, nigro-glandulosi. Stipulae in lacinias 3—7 partitae, setoso-lineares, ipsas longitudine, subaequantes, subsemipollicares; folia omnino prioris similia: petiolus totus 2″ longus, infra juga 8‴ longus. Flores quam prioris parum minores; calyx e flavescenti-cinereo fucatus; corolla flavida (e sicco; fortasse albida?)

Sellow leg. ad Rio de Pitangui in prov. Minas Geraës.

3. *Cl. epunctatum* n. stipulis integris, foliis 2—3-jugis, foliolis subeglandulosis.

Habitus priorum; tota planta subeglandulosa. Rami ut anterioris duplici tecti pube. Stipulae lineares, subacutae, suberectae, pilosae, basi interdum consistentia firmiore subspinescentes, 2—3‴ longae; petiolus totus 6—8‴, infra juga 3‴ longus. Foliola 7-juga 3‴ longa. Racemi subhirsuto-pubescentes. Flores minores videntur quam prioris, alias hisce simillimi. Leg. ign.

A sequenti, cui satis simile praeter glandularum absentiam imprimis diversum caule, qui erectus videtur, et petiolo infra juga multo breviore.

Sellow leg. in Brasil. merid. (Unicum v. specim.)

4. *Cl. pilosum* n. caule basi adscendente, stipulis integris, foliis 2-jugis, foliolis subtus glandulosis. —

Radix veresimile et hic multiceps; caulis basi adscendens; rami diffusi subglabri; ramuli foliaque tomentoso-pubescentes et pilosi, multi-glandulosi. Pinnae 2-jugae apice petioli approximatae, qui infra adhuc subpollicaris est; foliola 5—8-juga. Racemi adscendentes vel penduli, hirsuti et pilosi; pedicelli 3—4‴ longi, erecto-patuli, apice pedunculi subnutantes; flores ceterorum similes, minores, flavidi, sed calyx pilis albidis pubescens.

var. ? *β.* differt foliis patentim hirsutis, foliolis majoribus semipollicaribus, floribus submajoribus.

Nescio num specimina quae vidi (plurima) tantum turiones sint aut revera tota planta; tunc insuper differret caule repente apice adscendente multo minore, et fortasse propria esset species.

Sellow leg. in Bras. merid.

Observ. 1. Genus maxime affine est Melanosticae, Pomariae et Hoffmannseggiae a quibus imprimis diversum pilis ramosis et stigmatis structura. E gen. Hoffmannseggia indescripta adhuc species latet in Herb. Willd.:

H. glandulosa W. (Hrb. 8033.) caule subnullo?; pinnis 3—6-jugis c. impari, foliolis ovali-oblongis, pedicellis calycibus rectisque leguminibus glandulosis.

Tota planta, exceptis foliolis, glandulis stipitatis tecta est. Caulis sec. specim. mancum brevissimus videtur; stipulae ovatae, acutae, 2—3‴ long., sessiles, adpressae. Folia 3—4-pollicaria, glabra; foliola fere Hoffm. Falcariae. Racemus 9—10-pollicaris pedunculo compresso; pedicelli 3‴ long. Petala subaequilonga minus longe stipitata quam in H. Falcaria. Stam. 10 erecta fertilia patentim piloso-fimbriata, paucis glandulis stipitatis interjectis. Stylus erectus, compressus, apice oblique clavato-ampliatus; stigma dein perforatum, fimbriatum. Legumen sessile, rectum, compressum, rigide membranaceum, marginibus vix incrassatum, glandulosum, subpollicare, 2‴ latum, styli basi persistente apiculatum. — Alex. ab Humboldt dedit in America merid. natam; at num ipse legerit non satis constat.

Observ. 2. Haec styli et stigmatis structura maxime differt a forma vulgari nec inter Papilionaceas similis invenitur: in Hoffmannseggia interdum pars styli clavata tumida superne obliquo parum producta fere bilabiata evadit. Inter Papilionaceas stigma maxime memoratu dignum illud Ormosiae habebatur „duo stigmata" nominatum, at immerito: est enim stigma infra apicem callosum, plus minus interdum vix partitum; tale certe in O. acuta vidi. Tres enim species hujus generis e Brasilia mihi notae sunt:

1. *O. acuta* n. foliolis oblongis subabrupte acuminatis subtus nervis tomentosis, racemis subaureo-tomentosis, pedunculis brevibus compressis virgatis, leguminibus subtomentosis. — Sellow leg. inter Rio et Campo. (v. s. c. fl. et fr.)

2. *O. minor* n. foliolis subellipticis oblongisve subacuminatis subglabris, leguminibus tomentosis. — Foliola supra subincano-viridia, subtus magis incana, quam prioris multo minora, summa enim circ. 2″ longa vix 1″ lata. — Manso et Lhotzky leg. in prov. Minas Geraës; Sellow leg. in Brasil. merid. (v. s. s. fl.)

3. *O. nitida* n. foliolis elliptico-ovatove-oblongis obtuso-acuminatis glaberrimis supra nitidis, leguminibus glabris opacis. — (v. s. s. fl.)

Inter has species prima maxime affinis est O. dasycarpae Jacks., quae dici potest:

O. dasycarpa Jacks. foliolis oblongis subabrupte acuminatis subtus nervis tomentosis, racemis ferrugineo-tomentosis, pedunculis elongatis gracilibus patulo-adscendentibus, leguminibus tomentosis. — Hunc characterem dedi secundum specimen in Guadelupa natum a cl. Balbis sub nomine Rob. ferruginea W. communicatum, num tamen Jacksonis species sit non plane certus sum; species Brasiliensis praeter notas indicatus differt foliolis parum crassioribus. Ceterum foliola in his quoque speciebus magis minusve margine revoluta sunt. Species hujus generis valde affines sunt et notis minutis characteres quaerendi sunt.

CAESALPINIA

Duas species collectio Sellowiana praebet: dubiam Spr. et alteram indescriptam.

1. *C. dubia* Spr! (syst. 2. p. 343.) pinnis 12—16-jugis, foliolis 20—30-jugis lineari-oblongis mucronatis subtus ferrugineo-adpresse pubescentibus, racemis paniculatis calycibus petiolisque ferrugineo-tomentosis.

Ovarium brevi stipitatum, compressum, ferrugineo hirsuto-sericeum, 2-ovulatum. — Pinnae spithameae; petioli digitum longi; flores et pedicelli circ. semipollicares. Propriam inter Caesalpinias sistit sectionem ob stigma lato-peltato capitatum: *Peltophorum* *); proprium genus construendum esse non censeo, quum aliis notis non differat, sed fructus adhuc ignotus. Ceterae Caesalpiniae, certe C. Nuga, digyna, pellucida m., stylum habent apice clavato-incrassatum, stigmate subexcavato fimbriato; idem stigma in C. coriaria W. ubi stylus apice parum incurvus; simile in Coulteria; Poinciania vero stigma ostendit simplex, truncatum, glandulis minutissimis fimbriatum; Caesalpiniae procerae Poepp. e qua cel. Presl genus Poeppigiam condidit (symb. bot. t. 8. p. 15.) stigma habet oblique truncatum calloso marginatum interdum minute fimbriatum, nec incurvum obtusum ut l. l. icon ostendit.

---

*) Nomen derivatum a verbo πελτοφόρος ob stigma peltatum.

Sellow leg. pr. Rio de Jan.; in Minas pr. Pres. de S. João Baptista, aliisque locis.

2. *Caes. obliqua* n. aculeata, pinnis 6—9 alternis, foliolis 15—17 alternis rhombeis inaequilateris subemarginatis glabris supra nitidis, racemis simplicibus tomentosis.

Rami teretes, albido-verrucosi, aculeis multis minutis suberectis compressis. Folia sparsa, bipinnata; rhachis subplano-compressa, sordide tomentoso-pubescens, circ. 3″ longa, erecto-patens, hinc inde singulis aculeis; pinnae alternae, petiolis rhachi similibus subbipollicaribus; foliola subsessilia, glanduloso-affixa, alterna, apice rotundata emarginata, extremo margine revoluta, juniora ciliata, dein glaberrima, 6—9‴ longa, 3—5‴ lata. Racemi axillares s. terminales, simplices; pedunculus anguloso-compressus, 2—3″ longus et ultra, tomento sordide-ferrugineo pubescens; pedicelli compressi, erecto-patentes, ut pedunculus tomentosi, supra medium articulati, ultra-semipollicares. Calyx: sepala 5 in cupulam basi connata, quinto parum majore in alabastro cetera apice amplectente, lineari oblonga, acutiuscula, extus puberulo-hirta. Petala basi parum attenuata ibique intus subvillosa, apice rotundata, duo inferiora oblonga, obliqua; 2 lateralia obovato-oblonga, inaequilatera; summum ceteris parum angustius, oblongum, aequilaterum, fere totum atro-purpureum. Stam. 10 fertilia, libera, erecta, alterna minora, tubi margini c. petalis inserta; filamenta plano-compressa, apice angustata, a basi ad medium usque et ultra patenti-hirsuta; antherae oblongae, glabrae. Ovarium sessile, compressum, hirsutum, biovulatum; stylus erectus, glaber, apice parum clavato incrassatus; stigma fimbriatum. Flores circ. 5''' longi; stamina et pistillum parum breviora.

Sellow leg. in Bras. merid.

PERITTIUM n. g. *)

Calyx sepala 5 basi in tubum urceolato-turbinatum connata: laciniae subaequales reflexae. Petala 5 c. staminibus tubi margini inserta, subinaequalia, obovata, basi attenuata. Stam. 10 fertilia, erecta; filamenta libera compresso-plana, apice subulata, basi hirsuta; antherae lineari-oblongae. Ovarium stipitatum, e tereti compressum, multiovulatum; stylus compressus, glaber, suberectus, aequilatus; stigma subsimplex, pilis brevibus fimbriatum. Leg. ignotum.

Arbor, foliis simpliciter-impari-pinnatis, floribus paniculato-racemosis. — Characteres (floris) fere Caesalpiniae, habitus fere Cassiae. —

P. ferrugineum n.

Arbor. Rami teretes, glabri, juniores ferrugineo-tomentosi. Folia simpliciter pinnata c. impari; petiolus communis subteres, pedalis, erecto-adscendens, basi parum dilatatus, pube dense ferruginea tomentosus; foliola 29—33 subopposita, brevi petiolulata, sublanceolato-oblonga, impari saepe elliptico-oblonga, subinaequilatera, basi hinc rotundata illinc cuneata, apice obtuso subacuminata, supra glabra nitida, subtus imprimis nervo medio ferrugineo-pubescentia pallida, rigide membranacea, reticulato-venosa, $2\frac{1}{2}''$ longa, 9''' lata, inferiora minora; petiolulus subteres, ferrugineo-tomentosus, 2''' longus. Racemus terminalis, amplo-paniculatus, totus ferrugineo-tomentosus; pedunculi communes compresso-angulati, striati; pedicelli patuli vel erecto-patuli, inferiores longiores (10'''), compressi, infra medium bracteolati, (ibique subarticulati), bracteolis 2 minimis suboppositis. Calyx: tubo intus glaberrimo violaceo, laciniis oblongis apice rotundatis intus (ut extus) ferrugineo-tomentosis excepto margine glaberrimo atro-violaceo. Petala oblongo-obovata, apice rotundata, margine subcrenulata, subpollicaria, (lutea basi violacea?) Stam. petala non aequantia, in alabastro alterna minora; filamenta basi patenti-ferrugineo-hirsuta. Ovarium stipitatum, stipite cum ovario aequilato basi adscendente, ferrugineo-hirsutum, 10-ovulatum et ultra, 7—8''' longum; stylus aequalis, apice parum curvatus, 2''' longus; stigma subcallosum, margine pilorum brevium serie circumdatum.

---

*) Nomen derivatum a verbo περιττός (impar) ob folia imparipinnata, quibus a Caesalpinia differt genus.

Sellow leg. ad Guidowald pr. S. João de Bapt. in Minas Geraës.

Cassiae et Bauhiniae gens numerosissima alio loco enumerabitur.

HYMENAEA et COPAIFERA

jam a cel. Hayne recensitae sunt, illa Arzneigew. tom. XI.; haec ib. tom. X., ad utrumque genus nova addenda est species.

H. splendida n. foliolis lato-oblongis inaequilateris brevissime et obtuso-acuminatis basi inaequalibus.

Simillima H. confertifoliae Hayne! l. l. n. 9., differt imprimis foliolis latioribus brevioribus magis inaequilateris non pellucide punctatis, et calyce extus e luteo sordide albido-tomentoso intus albido-sericeo; in H. confertifolia calyx extus subaureo tomentosus est, quod in icone laudata non exacte expressum.

Obs. Hayne l. l. sepala 2 inferiora connata dicit, at immerito; sunt superiora.

Copaifera glabra n. foliolis 2—4-jugis incurvis inaequilateris vix obtuso-acuminatis pellucido-punctatis, inferioribus ovato-oblongis, superioribus oblongis, petiolis pedunculisque glaberrimis, ovario subglabro marginibus tantum ciliato.

Differt a C. nitida Mart. cui glabritie et habitu proxima, foliolis non vel vix (obtuso) acuminatis distincte pellucido-punctatis; glabritie ovarii, quod semper marginibus tantum pubescens vidi, ab omnibus differre videtur. — In Herb. Reg. Berol. Hayne specimina Selloviana s. fl. et fr. C. nitidam Mart. nominavit, quae pedunculis petiolisque pubescentibus et ab hac et a nostra specie diversa sunt, foliolis vero C. glabrae similia; num igitur pr. sistant speciem, aut varietatem tantum?

PELTOGYNE n. g. *)

Sepala 4 oblonga, ovalia, intus concava, basi connata (sub lente) pellucido-punctata, summo quam ceteris vix latiore. Petala 5 libera, subaequalia, suboblonga, calycem parum superantia. Stamina 10 fertilia, libera, infimae calycis basi c. petalis inserta; filamenta subteretia, glabra. Ovarium compressum, ovale, basi brevissime attenuatum, pauci-ovulatum; stylus e tereti compressus suberectus; stigma peltato-capitatum. Leg. ign.

Arbor? foliis bifoliatis, floribus racemosis.

P. discolor n.

Arbor aut frutex? Rami teretes, verrucosi, glabri, juniores puberuli. Folia sparsa; petiolus e tereti compressus, pubescens, 2—3''' longus; foliola 2 apice petioli opposita, subsessilia, elliptico-oblonga, subfalcato intus curvata, apice obtusa vel emarginata, mucronulata, basi subinaequalia, inaequilatera, supra glabra nitida, subtus nervo medio prominente pubescente pallida, rigide membranacea, utrinque parum prominenti reticulato-venosa, 1½″ longa, ½″ lata. Flores apice ramulorum racemosi; pedunculi approximati, subcompressi, quam folia (plerumque) delapsa multo minores, pube sordida subvelutini, pauciflori; pedicelli subaureo tomentosi, subteretes, 3‴ longi. Sepala ovalia, intus concava glabra, extus aureo hirta, sub lente punctis majoribus paucis pellucidis notata, vix 1½‴ longa, circ. 1‴ lata, summum ceteris parum latius nec videas ex duobus esse coalitum. Petala subaequalia, oblonga, basi vix attenuata, apice rotundato-obtusa, extus aureo-puberula, ut sepala pellucide punctata, eaque vix superantia. Stamina corollam aequantia. Ovarium basi parum attenuatum 4-ovulatum, pube subaurea hirsutum, 1½‴ longum; stylus erectus vel parum curvatus, niger, singulis pilis adspersis. Ovarium maturescens obliquo obovato-ovale, apice rotundatum, superne styli basi brevissime obliquo-uncinatum, unico ovulo exculto, valvis adpresse connatis legumen indehiscens fieri videtur; infima calycis pars persistit.

---

*) Nomen compositum e πέλτη et γυνή ob stigma peltatum.

Luschnath leg. ad Mayé pr. Rio Jan.

V. s. in Hrb. Lucae.

MACROLOBIUM Schreb.

(Outea et Vouapa Aubl.)

Calyx bibracteolatus; sepalis basi in tubum hemisphaerico-urceolatum connatis: limbus 4-partitus, lacinia superiore integra vel bifida, petalum 1 maximum, stipitatum, stipite basi calycis tubo adnato, adscendens, ceteris petalis minutis vel nullis. Stamina 3 libera, fertilia, inferioribus calycis laciniis opposita, aliis abortivis interdum accedentibus; antherae basi emarginatae, glanduloso-scabrae. Ovarium stipitatum, oblique oblongum, compressum 1-(teste Kunth) vel 2-ovulatum, stipite ante petalum summum calycis tubo adnato; stylus longissimus, primo spiraliter involuto-reflexus; stigma obtusum. Legumen stipitatum, 1-loculare, 1-spermum.

Arbores, foliis abrupte pinnatis, floribus racemosis.

Sect. I. *Laciniis calycinis membranaceis.*

A. Bracteolis membranaceis. (*Outea.*)

1. ***M. pendulum*** W. (Hrb. n. 876.): foliolis sessilibus oblongis obtuso-acuminatis basi obliquis inaequalibus glabris, bracteolis oblongis acutis membranaceis glabris.

Petiolus e compresso semiteres, supra canaliculatus, glaber, circ. semipollicaris, in setam 3‴ longam productus. Stipulae lineares, obtusiusculae, subscariosae, 3‴ longae, deciduae. Foliola 1-juga, intus falcato-curvata, rigide membranacea, circ. 4″ longa, 1—1½″ lata, supra parum nitentia. Racemi simplices, axillares, erecto-patuli, apice nutantes, glabri; pedunculus communis apicem versus attenuatus, subcompressus, multiflorus, floribus subhomomallis; bractea lineari-lanceolata, acuta, 1½‴ longa, decidua; pedicelli erecto-patentes vel patentes, compressi, 5—8‴ longi; bracteolae 2 basi calycis angusto-oblongae, circ. 6‴ longae, planae. Calyx membranaceus, circ. 3‴ longus: tubus parum obliquus (basi inferiore gibbo): limbus 4-partitus, subbilabiatus: laciniae reflexae, infima minore et 2 lateralibus lineari-oblongis obtusiusculis, superiore parum longiore apice rotundata bifida, omnibus excepta infima margine pilis longis subaureis ciliatis. Petalum unicum superius: stipes subcanaliculatus, basi dilatatus, lobis lateralibus intus reflexis, (in sicco) ex atro-violaceus, in alabastro calyce minor: lamina ovali-oblonga, basi subcordata, acutiuscula, tenera, albida, primo complicata et plicata, in alabastro tantum e longitudine complicatum ut stamina extus bene conspici possint et a stylo curvato suprafastigiatum. Stamina 3 fertilia: filamenta subfiliformia, longissima, denique petalum triplo superantia, stylum aequantia, glabra, in alabastro introrsum subspiraliter involuta; antherae ovali-oblongae, basi cordatae, loculis 2 intus versis connexivo plano adnatis e longitudine dehiscentibus, basi et apice pilis longis albidis barbatae, medio dorso affixae. Ovarium glaberrimum, 2-ovulatum, stipite calycis tubum non multum superante; stylus basi compressus, apice subfiliformis, glaberrimus. Fructus ignotus.

Habitat ad Parà Brasiliae; Hoffmannsegg. l. l.

B. Bracteolis coriaceis (*Vouapa*).

2. *M. hymenaeoides* W. Hrb. n. 875 ad Parà Brasiliae (Hoffmannsegg.) lecta, eadem species ac Vouapa bifolia Aubl. esse videtur, omnino enim foliis et habitu cum specimine Guianensi fructifero, quod in Herb. cel. Kunthii vidi convenit; flores quoque a descriptione Kunthii (Act. Acad. Berol.) data vix recedunt, tamen quae differunt haec sunt: in unico quod vidi specimine flores altero ramuli latere secundi sunt, folia altera, qui status num etiam in planta vivida sit nescio an per siccationem tantum effectus; petali stipes non ciliatus; calycis lacinia superior non integra sed ut in priore bifida est.

Calyx omnino prioris tantum parum firmior, subglaber, laciniis apice subciliatis. Petalum undulato-plicatum, in alabastro ut jam cel. Kunth. l. l. observavit intus galeato-curvatum, qua re a praecedente valde diversum (cf. supr.), stylum staminaque plus minus includens. Bracteolae ovali-ovatae, subacutae, intus concavae, persistentes, circ. 3‴ latae, extus tomentosae. Stamina ut Kunth describit petalo subtriplo longiora; cel. Meyer (primit. fl. Esseq. p. 17.) dicit: „staminibus corollam vix superantibus" quem characterem veresimile ex Aubletii icone sumpsit (quum p. 19 ejusdem non memoret) cui figurae quae sit fiducia ex Vahlii judicio patet, qui malam nominat in en. 2. p. 37.

Utriusque hujus speciei flores tantum paucos examinare mihi licuit, nec in eo statu ut utique affirmare possim nulla adesse petala rudimentalia, quae in alabastro facile disquirentem effugere possunt; sed in Outea multijuga DC. quoque (in alabastris) multa observavi petala minora quae ex definitione generis adesse deberent, at fortasse in eadem specie modo adsunt modo desunt; petalum planum aut undulato-plicatum quomodo usurpari possit ad genera haec construenda non patet, quum sine dubio in Vouapa bifolia cui petalum planum adscribitur undulato-plicatum sit, in M. pendulo vero revera planum est; calycis vero laciniam superiorem in Outea parum profundius tantum partitam quam in Vouapa video, quam ob rem species e bracteolarum consistentia distribuendas esse censui, unde habitus proprius efficitur, quo ducti et auctores genera haec 2 condidisse videntur.

Sect. II. *Scytodium* *) m. Laciniis calycinis coriaceis.

3. *M. latifolium* n. foliolis sessilibus oblongis acuminatis inaequilateris basi obliquis inaequalibus glabris margine subrevolutis subcoriaceis, bracteolis ovali-oblongis coriaceis deciduis.

Rami et ramuli teretes, glabri, cortice cinereo verrucoso. Folia sparsa; petiolus subteres, glaber, 4—5″ longus; foliola 2 intus subfalcato-curvata, obtusiusculo-acuminata, submucronulata, supra nitida, subtus opaca, 3—7″ longa, 1—2½″ lata. Racemi axillares, simplices; pedunculus communis compresso-angulatus, suberectus, sordide ferrugineo-tomentosus, multiflorus, 3—5″ longus; flores approximati, homomalli, pedicellati, erecto-patentes; pedicellus compressus, ut bractea bracteolaeque sordide ferrugineo-tomentosus, circ. 1‴ longus. Bractea sessilis, ovata, acuta, intus concava, pedicellum duplo circ. superans, subcoriacea. Bracteolae oppositae, intus concavae, ex ovali lato-oblongae, acutae, crasso-coriaceae, circ. 3‴ longae, exacte marginibus sibi accumbentes alabastrum primo plane includentes, deciduae. Calyx: 4 sepala coriacea in cupulam connata persistentem, subaequalia, oblonga, intus concava, extus sordide ferrugineo-tomentosa, marginibus intusque glabra violacea, infimum in alabastro cetera apice amplectens. — Plerumque in praefloratione sepalum infimum extimum est, summum intimum, lateralia huic ab infimo tecta, illius summum includentia; raro summum altero latere non inclusum est. — Petala 5, quorum 4 minuta tubi calycini margini inserta; supremum basi in stipitem latum attenuatum tubo calycino adnatum; lamina subobovato-oblonga plicata (in alabastro) complicata (albida?) circ. 4‴ longa; 2 petala lateralia oblique oblonga, nunc apice obtusa, nunc subacuta, modo ciliata, modo glaberrima, 1 vel 2 lineas longa, in alabastro petali supremi margines tegentia (praeflor. igitur carinalis); petala 2 infima minutissima. Stamina 3 fertilia, quorum 2 sepalis lateralibus, tertium sepalo infimo opposita; insuper 2 rudimentalia adsunt i. e. filamenta brevia 1—2‴ longa, subacuta petalis 2 infimis opposita, omnia tubi calycini margini inserta; filamenta staminum fertilium filiformia basi subcompressa subaureo-pubescentia, apice subulata glaberrima, in alabastro introrsum curvata, postea in sepalum infimum recurvata adscendentia, elongata, petalum subtriplo superantia, pistillum aequantia; antherae oblongae basi caudatae, adnatae, biloculares, interne e longitudine dehiscentes, marginibus dense glandulosis, dorso supra basin affixae. Ovarium stipitatum, stipite tubo calycino superne adnato, ovali-oblongum, compressum, pube aureo-ferruginea hirto-tomentosum, 4-ovulatum, denique c. staminibus in sepalum infimum recurvatum; stylus elongatus, subcompressus, in alabastro recurvatus, denique superne adscendens; stigma subcapitatum, glandulis obsessum. Fructus ign.

---

*) Nomen derivatum a σκυτώδης i. e. coriaceus, propter calycis consistentiam.

Sellow leg. inter Victoria et Bahia.

Ad Dalbergieas Brasilienses jam recensitas hanc alteram partem addendam habemus:

PTEROCARPUS L.

Pt. (Amphymenium) *violaceus* n. foliolis 5—7 ovatis oblongisve abrupte et obtuso acuminatis glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque dense tomentosis, vexillo subtoto violaceo, legumine puberulo.

Foliola omnino Acouroae violaceae Aubl. t. 301. referunt. Racemi folia subaequantes aut multo breviores; rhachis subglabra aut tomentosa; pedicelli semper et calyx densa pube aurea tomentosi, sub 3''' longi; bractea e lanceolato setosa, 1½''' longa. Calyx 5-dentatus, dentibus subaequalibus subacutis, superioribus parum altius connatis; stam. 10 monadelpha, vagina integra; petala albida, stipitata, infima basi violacea, vexillo subtoto violaceo; ovarium sessile, compressum, subhirsutum, 6-ovulatum. Legumen suborbiculare, basi brevi attenuato-stipitatum, 2'' longum, 1½'' latum, 1-spermum.

Sellow leg. pr. Rio de Jan.

Ad MACHAERIUM P. adde.

Mach. triste n. petiolo pubescente, foliolis 5—10 elliptico-ovatove oblongis obtuso acuminatis subopacis margine subtusque et racemis dense fusco-ferrugineo pubescentibus.

Rami teretes, cortice cinereo-albido; ramuli teretes ut pedunculi et petioli pube fusco-ferruginea subadpressa dense tecti. Petioli communes 2—3″ longi; foliola petiolulo 1½‴ l.; subpollicaria, usque ½″ lata, rigide membranacea, supra glabra, subtus imprimis nervo medio adpresso-pubescentia, marginibus subciliato-dense pubescentia, pube nitida. Pedunculi communes subcompressi, plerumque bini, axillares, petiolum dimidio aequantes; flores subsessiles, circ. 20. Calyx turbinato-campanulatus, dentibus acutiusculis subaequalibus, extus pube hirta dense tectus; petala extus adpresse subsericea. Stamina in flore aperto (semper?) diadelpha. Ovarium compressum, basi in stipitem subattenuatum, hirto pubescens. — Foliorum forma accedit ad M. Brasiliense, quod glabritie differt; habitu et pubescentia ad M. oblongifolium m., quod primo adspectu diversum foliolis multis majoribus.

Luschnath leg. pr. Rio de Jan.

Ad PLATYMISCIUM m. adde.

Pl. nitens m. foliolis 7 elliptico-oblongis longe obtuseque acuminatis nitidissimis subcoriaceis, legumine late lineari-oblongo coriaceo-membranaceo opaco.

Differt a Pl. specioso impr. foliolis multo brevioribus (digitum longis) nervosis (nec reticulato-venosis) et legumine longiore opaco (nec nitido ut in Pl. specioso).

Luschnath leg. pr. Cabo frio.

SPHINCTOLOBIUM n. g. *)

Calyx campanulato-urceolatus, limbo 5-dentato, dentibus interdum subnullis. Bracteolae (semper?) basi calycis deciduae. Corolla papilionacea; vexillum unguiculatum, pa-

---

*) Nomen compositum e verbis *σφιγκτὸς* et *λόβιον* propter legumen inter semina plerumque compressum et contractum.

tens; alae carinae adpressae; carina erecta, bipes. Stam. 10 connata, vagina integra. Ovarium compressum, subsessile, pluri-ovulatum; stigma subcapitatum. Legumen utrinque attenuatum apice subuncinato apiculatum coriaceo-lignosum valvis adpresso-connatis indehiscens. Semina 1—3 exalbuminosa, subcompressa, hilo laterali; embryo semini conformis, cotyledonibus subplanis crassiusculis, radicula curvato-inflexa, plumula distincta.

— Arbores, foliis pinnatis, floribus racemosis. — Habitus Pongamiae.

1. *Sph. virgilioides* n. foliolis 5 late elliptico-oblongis obtuso-acuminatis glaberrimis, racemis simplicibus, legumine adpresse pubescente.

Foliola denique rigide membranacea, supra nitida, 3″ longa, sub 2″ lata. Racemi simplices, glabri, in ramulis brevibus approximate collocati; pedicelli singuli binive medio subarticulati (bracteolis deciduis?) sub 4‴ longi. Bracteolas basi calycis non vidi, sed flores jam explicati erant. Calyx ore vix dentato, pube adpressa nitenti extus tectus. Petala subaequilonga, extus glabra, calycem duplo superantia; vexillum subovale, patens, unguiculatum; alae erectae, stipitatae, inaequilaterae, postice convexae, antice subrectae, apice subrotundatae; carinae petala apice rotundata. Ovarium sericeum, 7-ovulatum; stylus subteres, antice curvatus. Legumen quodammodo medium inter Dalbergiae et Pongamiae; est compresso-planum utrinque (seminibus ibi abortivis?) attenuatum, sublignosum, inter semina (plerumque 2) contractum et valvis adpresso-connatis, apice fere ut in Pongamia rostratum; sed vidi in legumine, quod 3 semina habebat inter 2 inferiora legumen contractum, inter duo superiora approximata tantum septum membranaceum, ut illa pericarpii contractio tantum seminibus abortivis fieri videatur. Inter stratum leguminis exterius rigide membranaceum, et interius lignosum secretum balsamico odore invenitur. Semen magnitudine fere seminis Phaseolis vulgaris, sed magis compressum, hilo laterali; testa laevis.

Luschnath leg. pr. Rio de Jan.

2. *Sph. nitidum* n. foliolis 7—9 anguste elliptico-oblongis obtuso acuminatis glaberrimis supra nitidis, racemis axillaribus subsimplicibus.

Rami teretes, verrucis oblongis albidis tecti. Petiolus comm. digitum longus, puberulus; foliola 2″ longa, $^1/_2$″ lata, utrinque glaberrima. Racemorum rhachis compressa, ubi florifera pube hirta; pedicelli saepius e pedunculo brevi ($1^1/_2$‴ longo) nascuntur et ipsi non longiores. Basi calycis bracteola, adpressa, ovato-subrotunda, ut calyx hirta, qui brevibus dentibus (infimo sublongiore) subacutis instructus est. Vexillum extus (in alabastro certe) ceteraque petala apice plerumque sericea sunt; carinae petala medio dorso connata, apice subrotundata ut alae; petala figura cum sequentis speciei accurate conveniunt, ab anterioris recedunt. Ovarium compressum, sericeum, 6-ovulatum. Leg. ignot.

Sellow leg. in Brasil. merid.

3. *Sph. floribundum* n. foliolis 9 elliptico ovatove oblongis obtuso acuminatis supra glabris subtus pallidis minutissime nitenti-pubescentibus, racemis paniculatis subterminalibus.

Arbor; rami teretes, glabri; ramuli e tereti subcompressi, subtomentosi. Folia sparsa; stipulas non vidi; petiolus subangulatus, supra canaliculatus, basi incrassatus, eglandulosus, tomentosus, spithameus; foliola brevi-petiolulata, plerumque 10 — 11-juga, lanceolato-oblonga vel (inferiora minora) subovata; inaequilatera; basi obliqua, apice acuta, mucronulata, supra nitida, subtus pallida et adpresse puberula, membranacea, reticulato-venoso-nervosa, 1—1½″ lg., ½″ lt. Racemi simplices, tomentosi; multiflori, plerumque apice ramulorum terminales, interdum plures ibi approximati, extremo apice curvati, petiolo breviores; pedicelli patuli, basi saepe adscendentes, corymboso-dispositi, compressi, apice incrassati, minute pubescentes; inferiores subtripollicares (superiores in speciminibus nostris nondum evolutis brevissimi); bractea e basi lata lanceolato-acuminata semipollicem longa et ultra, dense puberulo-tomentosa; bracteolae 2, basi pedicelli sibi oppositae, ovato-oblongae, acutae, 3‴ lg., cum bractea 3 bracteas imitantes sub anthesi persistentes, ut in speciebus affinibus. Sepala obovato-oblonga vel oblonga, apice rotundata, avenia, crassiuscula, utrinque velutino-tomentosa. Petala lato-oblonga, stipitata, subinaequalia (lutea? aut incarnata?) venosa, ultra pollicaria, calycem triplo superantia. Stam. 10; quorum 3 inferiora petalis parum minora: filamentis compresso-filiformibus basi erectis tunc cum ovario recurvatis, medio plerumque globoso-inflatis, glabris; antheris oblongis inter loculos basi distantes dorso affixis, apice in rima dimidia et basi foramine dehiscentibus, dorso pubescentibus; 3''' lg.; 4 media ([illegible] similia) filamentis dimidio brevioribus apice extrorsum recurvatis, medio non inflatis; antheris parum longioribus basi saepe cordato-sagittatis glabris rima et foramine basilari dehiscentibus; 3 summa quam media multum parum minora antheris parvis oblongis eodem modo dehiscentibus. Ovarium elongato-lineare, recurvato-falcatum, velutino-tomentosum; stylus ab ovario non distinctum apice glaber, incurvus; stigma (perforatum) minute ciliatum. Leg. ignot. — Pubescentia in tota planta sordide subflava.

Obs. Icon florae fluminensis tom. 4. tb. 73 in priore parte ad hanc speciem citata habitum et foliolorum formam omnino exprimit; sed bracteae et bracteolae ibi non delineatae sunt, et foliolorum numerus multo major est quam in speciminib. nostr.

13. C. *staminea* m.

Arbor? Rami sulcato-striati, glabri, cortice cinerascente; ramuli similes, tenuiores, subflavido-tomentosi. Folia apice ramulorum saepe brevissimorum approximati; stipulae lineares, acutae, basi brevi appendiculatae, 2—3''' lg., mox deciduae; petiolus subangulatus, basi incrassatus, eglandulosus, setula decidua instructus, tomentosus, nunc digitalis nunc pedalis; foliola brevi petiolulata 10 *)—20 juga, angusto-oblonga, juniora interdum ovalia, inferiora saepe minora, inaequilatera, basi superiore rotundata, inferiore subcuneata, apice brevissime acuminato-acuta, supra opaca avenia, pube brevissima molli tecta denique subglabra, subtus pallida, parum prominenti-nervosa, pubescenti-tomentosa; membranacea, 9''' — 2'' lg., 4—6''' lt. Racemi ut in C. leptophylla dispositi, multi (—50) flori, tomentoso-pubescentes; pedunculus petiolum subaequans aut superans (usque spithameus), angulatus; pedicelli compressi, apice incrassati, patuli, 1½'' lg.; bractea lanceolato-acuminata, basi non latior, dense hirsuto-tomentosa, subsemipoll.; bracteolae 2 ut in anteriore dispositae, bracteae similes sed dimidio minores. Sepala ovali-oblonga, apice rotundata, avenia, velutino-tomentosa, circ. 5''' lg.; 2 exteriora oblonga, ceteris angustiora vix minora. Petala (lutea?) obovato-oblonga, brevi cuneato-unguiculata, venosa, calyce vix duplo majora; summum ceteris parum angustius. Stamina 10: 3 inferiora longiora; filamentis petala superantibus, plano-compressis, glabris, apice subulatis, basi suberectis inde a medio cum ovario recurvatis; antheris oblongis, inter loculos basi parum distantes dorso affixis, apice in rima dimidia et foramine basilari dehiscentibus, dorso inter loculos pilis singulis longis conspersis, 1''' lg.; 4 media filamentis similibus dimidio fere brevioribus apice tantum recurvatis: antheris subobovato-oblongis basi partitis interdum cordato-sagittatis, glabris, foramine basilari dehiscentibus; 3 summa magis minora, sepala subaequantia, erecta, mediis similia, antheris multo minoribus. Ovarium compresso-lineare, falcato-recurvatum, velutino-hirsutum; stylus ab ovario non distinctus; stigma anterioris. Leg. ignot.

---

*) nec 16 ut in parte priore per mendum typogr.

Obs. Fortasse eadem spec. est C. fastuosa W. Hrb. 7977 pr. Pará lectum ab ill. Hoffmannsegg comm., sed manuum specimen differre videtur racemis rhachique glabris, petalis latioribus, bracteis bracteolisque e basi ovata natis latioribus, stipulisque latioribus e basi obliquo-ovata lanceolatis appendiculatis. Rami nonnulli tantum foliiferi a Sellowi lecti habitu et foliolis ad hanc magis accedunt. C. excelsa *Schr.* (C. fastigiata *Nees*) fortasse eadem spec.; sed descriptio nimis incompleta non satis quadrat.

Sect. II. CHAMAEFISTULA *DC.*

Antheris fertilibus quadrangulari-prismaticis apice biporosis, summis abortivis; legumine tereti aut subcompresso; seminibus (saltem inferioribus) horizontalibus. — Arbores, frutices vel herbae.

Obs. Summa in hac sectione diversitas est in structura antherarum et leguminis. Antherae quadrangulari-prismaticae sunt quadrisulcatae apice poris dehiscentes; sed duplici modo formatae, aut crassa quadrangulares, aut lanceolato-quadrangulares, insuper et apice aut longe rostratae sunt aut vix apiculatae. Idem invenitur in sequentibus sectionibus Prosopsperma, Chamaesenna et Senna; hae vero antherarum differentiae non majoris sunt momenti, quum nec satis constantes sint nec cum aliis congruant, quare subsectiones e leguminis fabrica condendae sunt.

A. XYLOLOBIUM *Vgl.*

Legumine lignoso indehiscente, seminibus horizontalibus. — Arbores fruticesve.

16. C. *sclerocarpa* m.

Frutex. Rami subangulati, tomento sordido adpresso tecti. Stipulae lineari-falcatae, basi angustatae, apice in mucronem subulatum attenuatae, post folia delapsa persistentes. Foliola 2-juga, brevi-petiolulata, oblonga, parum inaequilatera, obtuso-acuminata, supra glaberrima nitida, subtus pallida puberula venoso-nervosa, rigide membranacea, superiora majora ultra 4″ lg., 1½″ lt. Racemi axillares (apice ramulorum) breves; pedunculus angulatus, 4-sulcatus, in medio (sub 8-) floriferus; bractea brevi-oblonga, acuta, concava, persistens, 1½‴ lg., tomentosa; pedicelli compressi, dense tomentoso-pubescentes, ultra pollicares aut multo breviores. Flores in specimine unico quod vidi non sufficiunt. Calyx coloratus, minute puberulus. Corolla calycem parum superans, petalis obovatis basi in stipitem attenuatis. Stamina fertilia antheris quadrangularibus crassis rostratis. Leg. tantum dimidium (e longitudine fissum) vidi, quod subcoriaceo-lignosum, utrinque attenuatum, transverse reticulato-nervosum, glaberrimum, 5″ lg., intus dissepimentis transversis partitum; semina et pulpam non v.

B. CHAMAEFISTULAE GENUINAE.

Legumine subtereti membranaceo vel coriaceo parum dehiscente; seminibus horizontalibus. Frutices vel arbusculae.

20. C. *medica* Vell. fl. flum. N. t. 62.

Frutex. Rami inferne sub-5-angulati, superne quadrangulati, puberuli glabrive. Stipulae semioblongae aut lineares, acutae, subfalcato-curvatae, deciduae, circ. 4‴ lg. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, basi incrassatus, in setam deciduam productus, puberulus; foliola bijuga, inferiora ultra medium petiolum affixa, brevi petiolulata, ovato- vel lanceolato-oblonga, inaequilatera, basi inaequalia, acuminata, acumine emarginato vel obtuso vel acutiusculo mucronulato, supra glaberrima nitida, subtus primo pube minima adpressa aureo-splendentia, membranaceo-coriacea, utrinque (subtus magis) reticulato-venoso-nervosa; maxima 4″ lg., 2″ lt., ultra; inferiora interdum dimidio minora. Glandula (in sicco) subcompressa, acuta inter utrumque par, 3‴ lg., superior non raro cum seta connata. Racemi corymbiformes, minute et nitenti flavido-pubescentes, inferiores in axilla foliorum sensim decrescentium, superiores apice aphyllo cum terminalibus in paniculam dispositis. Sepala ovato-oblonga, obtusiuscula, subaequalia, circ. 3''' lg., extus aureo-flavido pubescentia. Petala (lutea teste Luschn.) ex obovato oblonga, sepalis duplo majora et ultra, 2—3 venis striata, extus flavo pubescentia. Stam. 10 filamentis brevissimis puberulis; 7 fertilia antheris crassis, quadrangulari-prismaticis, brevissime apiculatis, dorso puberulis, subaequalibus, 3'''. lgis.; 3 inferiora filamentis parum longioribus sed lineam vix superantibus; stamina 3 summa infertilia, abortivo-difformia, minutissima. Ovar. compresso-lineare, falcato-recurvatum, aureo-flavido sericeum; stylus ab ovario non distinctus, apice glaber, extremo apice tumido-incrassatus (in flore aperto) stigmate perforato hiante non ciliato. — Floret mense Februar. teste Luschn.; radix nominata „Febra fuge" pro cortice Cinchonae off. adhibitur ex eodem.

Not. Descriptionem confeci e specimine Selloviano; sed speciem huc retuli ex icone fructus in fl. flum.

21. *C. tenuifolia* m.

Frutex. Rami teretes, subverrucosi, cinerascentes, pube brevi patenti tecti. Petiolus communis subteres, supra canaliculatus, ut ramuli sed densius pubescenti hirsutus, in setulam deciduam elongatus, ultra medium foliiferus, 1½" lg. Stipulae setaceae, deciduae, ultra 2''' lg. Glandula clavata inter par. inferius. Foliola 2-juga, brevissime petiolulata, elliptico-oblonga, acuta, mucronulata, inaequilatera, supra puberula glabratave, subtus pallida, pubescentia, membranacea, reticulato-nervosa, superiora basi aequalia, circ. 3" lg., ultra 1" lt., inferiora saepius dimidio breviora basi plerumque inaequalia. Pedunculus communis axillaris aut rarius terminalis, petiolum parum superans aut eo brevior, apicem versus 2—4-florus; itaque racemis quoque paucioribus quam in spec. affin., planta pauciflora; pedicelli corymboso-dispositi, pube patenti hirsuti, pollicares aut multo breviores, basi bractea oblonga subacuta complicata extus aureo pubescente sub 2''' lga. stipati. Sepala acutiuscula, extus aureo-flavido pubescentia. Petala stipitata, lato-oblonga, parum inaequalia, calycem subtriplo superantia, extus pubescentia, in sicco e rubicundo fucata, circ. 9''' lg. Stamina 10 filamentis planis aureo-flavido pubescentibus; 3 inferiora petala dimidia parum superantia, filamentis 3''' lgis., antheris quadrangularibus apice brevi rostratis dorso albido pubescentibus filamentis aequilongis; 4 media saepe dimidio breviora, alias similia, antheris tantum brevi apiculatis; stam. summa abortiva, minuta, circ. 1''' lg., glabra, saepe vero ex his 1—2 mediis simillima fertilia. Ovarium stipitatum, compresso-lineare, flavido-aureo hirsutum; stylus non distinctus apice glaber incurvus; stigma (perforatum), minute ciliatum. Leg. immaturum tantum vidi, quod stipitatum, rectum, parce adpresso-pubescens, inter semina constrictum.

22. *C. angulata* m.

Frutex; varietatem saltem scandentem esse testatur Luschnath. Rami sub-5-goni et petioli pube densa minuta sordide incana hirsuto-tomentosi. Stipulae lanceolato-lineares, hirsutae, deciduae, circ. 1½''' lg. Petiolus subteres, in setam elongatus deciduam, subpollicaris. Foliola bijuga apicem petioli versus approximata, brevi petiolulata; inferiora ovali ellipticove oblonga quam superiora plerumque dimidio breviora; superiora oblonga vel elliptico-oblonga, obtusa vel subemarginata, inaequilatera, basi subinaequalia, supra pubescentia, subtus pube dense subhirsuta, membranacea, nervosa, maxima 1½'' lg., 9''' lt. Glandula parva ovata, substipitata inter inferiora. Racemi inferiores axillares: pedunculo angulato folium superante circ. 1½—2″ lg., a medio 8—10-floro, tomentoso-pubescente; superiores cum terminali apice ramorum aphyllo paniculato-dispositi; pedicelli corymboso-dispositi, subpollicares, tomentoso-pubescentes, basi bractea stipati ex obovato elliptico-oblonga complicato-concava extus pubescente tenui-membranacea sub anthesi persistente 1½″ lg. Flores magnitudine circ. Cassiae spectabilis *DC.* Sepala oblonga, membranacea, 2 exteriora concava subminora, extus subpuberula, 6—9″ lg. Petala subaequilonga, calycem parum vel duplo superantia, venosa, extus pubescentia, 2 inferiora sessilia oblique lato-oblonga, 3 superiora stipitata obovata-oblonga. Stamina 10; 7 fertilia filamentis subaequilongis (circ. 1½‴) compressis, dense pubescentibus: antheris crassis quadrangulari-prismaticis, supra basin affixis, quadrisulcatis, glabris, quarum 3 inferiores longiores sunt calycem aequantes longe recurvato-rostratae, 4 mediae minores brevi-apiculatae; 3 stam. summa infertilia; difformia, minuta. Ovarium stipitatum, compresso-lineare, hirsuto-sericeum; stylus non distinctus, apice subglaber incurvus; stigma ut in anteriore. Leg. brevi-stipitatum (stipite tereti subsemipollicari) cylindricum, apiculatum, utraque sutura plano incrassato-marginatum, transverse parum nervosum, subcoriaceum, subglabrum, semipedale; intus pulposum. Reliqua in specimine manco non videre possum. — Adsunt specimina 2 quae differunt foliolis superioribus parum longioribus lanceolato-oblongis tomento in pagina inferiore magis e luteo viridi sericeis.

Var. β glandulam distincte stipitatam et stipulas magis persistentes habet; insuper insignis est foliolis supra glaberrimis nitidis subtus pallidis pube minima adpressa; haec habitu omnino Cassiae chrysotrichae Coll. t. 10 similis est, statim vero cognoscenda bracteis latis sub anthesi persistentibus.

23. Ad *C. vimineam* L. adde: Sloan. Hist. Tom. 2. p. 49. t. 180. f. 6. 7.

Cur Autores hanc speciem ad Chamaesennam duxerint non intelligo, quum icon ap. Sloan. l. l. legumen teres esse ostendat et ex descriptione ejus pateat pulpam includere. Fortasse *C. melanocarpa* *Bert.* ne ut varietas quidem distingui meretur; sed notae indicatae in specimine autographo (in Hrb. Kth.) mihi obviae erant, quas in paucis speciminibus Cassiae vimineae non inveni.

24. *C. splendida* m.

Frutex videtur. Tota planta glabra. Rami teretes, graciles, verrucosi, cortice fusco levissime rimoso. Folia sparsa; stipulae brevi-stipitatae, lineari-oblongae, acuminatae, subfalcato-curvatae, primo persistentes denique deciduae, 3‴ lg.; petiolus semiteres, supra leviter canaliculatus, in setulam productus, sub 2″ lg., infra foliola *longior* (1½″) quam inter ea; foliola bijuga, brevi petiolulata, oblonga aut elliptico-ovatove oblonga, aequilatera, apice plerumque obtusiuscula, submucronulata, supra nitentia, subtus glaucescentia, utrinque reticulato venoso-nervosa, rigide membranacea, 3″ lg., 1″ lt., inferiora plerumque minora. Glandula inter inferiora e cylindrico subcompressa aut ovata, substipitata; non raro secunda accedit inter superiora, et *tunc aut* setula propria adest aut cum *glandula* connata. Racemi plerumque axillares, interdum superiores cum terminali paniculato-dispositi; pedunculus comm. teres, petiolum vix superans eoque crassior, a medio circ. 8 flores gerens; pedicelli pedunculo similes et inferiores longitudine aequales corymboso-dispositi, erecto-patentes, basi bractea subovata acuta (ultra 1‴ lga.) stipati. Flores magni, splendidi, aperti sub 3″ lati. Calyx sepalis obovato-oblongis, obtusis, subconcavis, membranaceis, intus excepto margine e rubicundo dense punctatis;

3 interioribus majoribus $7'''$ lgis., 2 exterioribus minoribus. Petala obovata, oblonga, stipitata, inaequalia, summum ceteris majus, calycem 3—4plo superantia, sub $1\frac{1}{2}''$ lg., aurantiaca, 3 nervis primariis ramosis extus subpubescentibus. Stam. glabra; 3 inferiora fertilia, calyce majora; antheris supra basin affixis, crassis, quadrangulari-prismaticis, reflexo-rostratis, poris dehiscentibus; 4 media filamenta inferiora aequantia, antheris similibus brevi-acuminatis; 3 summa sterilia, angusta, parva. Ovarium subsessile falcato-curvatum, pube albida sericeum; stylus non distinctus apice subglaber, incurvus; stigma (perforatum) minute ciliatum. Leg. brevi-stipitatum (stipite tereti $5'''$ lgo.) cylindricum subacutum (stylo apiculatum?) membranaceum, laeve, suturis ne vix quidem prominentibus, transverse multiloculare, usque $1\frac{1}{2}$ pedale; semina permulta, septis membranaceis horizontalibus intercepta, pulpa parca (*in sicco*) nigra inclusa, compresso-ovoidea, nitida, magnitudine circ. seminum Cicer. Lent. Albumen crassum, corneum; cotyledones planae, tenues; radicula brevis exserta.

Var. *β.* imprimis tantum differt foliolis angustis (vix $\frac{1}{2}''$ ltis.) oblongis ellipticis.

25. *C. bijuga* m.

Frutex? Rami teretes, cortice subnigro-cinerascente, molli-pubescentes; juniores sulcati, pubescenti-hirsuti. Stipulae lineari-lanceolatae, deciduae, $5'''$ lg. Petiolus communis in setulam longam productus deinde deciduam, ut ramuli molli hirsuto-tomentosus, circ. $2''$ lg. a medio foliiferus. Foliola bijuga, brevi petiolulata, angusto vel lanceolato oblonga, valde inaequilatera, basi inaequalia, apice in acumen longum acutum nervo medio excurrente mucronatum attenuata, supra glabra nitida, subtus adpresse molli-pubescentia reticulato-nervosa, rigide membranacea, maxima circ. $6''$ lg., vix 2″ lt., inferiora plerumque quam superiora minora. Glandula acuta plerumque inter utrumque par; inferior saepius ovata, superior plerumque longior cylindrica. Racemi apice ramorum saepissime in paniculam foliosam dispositi foliis sensim decrescentibus calycesque primo flavido-aureo hirsuti. Flores omnino sequentis sed minus speciosi. Petala circ. 9‴ lg. Staminum filamenta nitenti-flavido pubescentia, inferiora vix longiora. Leg. brevissime stipitatum, cylindricum, ad semina torulosum, inter semina extus transerve crasso-striatum; suturis 2 plano-prominentibus, glabrum, coriaceo-membranaceum, usque 10″ lg., multiloculare; semina multa pulpa parca obducta.

26. **C.** *rugosa* Don. Syst. of Gard. and Bot. 2. p. 440.

Frutex? Rami teretes substriati et folia pube hirsuta brevi patenti tecti sunt, quae in foliis junioribus ex flavido-aurea deinde incana apparet. Stipulae lineares, hirsutae, deciduae, circ. 2‴ lg. Petiolus comm. semiteres, in setulam elongatus, ut rami hirsutus, pollicaris, infra jugum inferius brevissimus vix 2‴ lg. Foliola sessilia, oblonga vel obovato-oblonga, inaequilatera, basi inaequalia, apice rotundato-obtusa vel subacuta vel emarginata, saepius nervo medio excurrente mucronata, coriacea, supra puberula glabra nitida, subtus pallida, pube molli incana dense tecta, rarius denique glabra, utrinque imprimis subtus nervis venisque valde prominentibus reticulata, summa circ. 3″ lg., 1½″ lt., inferiora dimidio breviora aut superioribus aequilonga. Glandula sessilis inter utrumque par aut inter inferius tantum, cylindrica vel ovata, apice obtusiuscula. Racemi inferiores plerumque axillares folio multo longiores, superiores in paniculam dispositi, saepius flavido-aureo hirsuti; flores apice pedunculi corymboso-dispositi; pedicelli inferiores pollicares et ultra, basi bractea oblonga subcomplicata extus hirsuta

$1\frac{1}{2}'''$ lga. stipati. Flores speciosi, magnit. circ. Cassiae Fistulae aut majores. Sepala oblonga, obtusa, e flavo velutino-pubescentia, circ. $4'''$ lg., exteriora dimidio breviora. Petala stipitata, lato-oblonga, subaequalia, venosa; extus puberula, in sicco lutea basi rubro-fucata, circ. $14'''$ lg., summum ceteris plerumque minus. Stam. 10; 3 inferiora fertilia, petala ultra dimidia aequantia, filamentis longioribus pubescentibus, antheris crassis, recurvato-rostratis, pubescentibus rarius glabratis; stam. 4 media inferioribus simillima, antheris et filamentis parum minoribus, calycem aequantia; st. 3 summa brevia, antheris plerumque inanibus, interdum 1 pollinifera. Ovarium substipitatum, subcompressum, recurvato-falcatum, dense subpatenti-hirsutum; stylus vix distinctus primo basi flavo-pubescens deinde glaber; stigma (perforatum) minute ciliatum. Leg. (semimaturum) stipitatum, (stipite tereti semipollicari) coriaceo-membranaceum, (torulosum?) pilis singulis longioribus hinc inde adspersum et pube minuta dense tectum, sutura utraque plano prominenti diverse colorata.

28. Ad *C. bicapsularem* L. retuli C. Limensem *Lam.* quia specimen Dombeyan. (in Peru lectum) (in Hrb. Kunth.) non diversum est; tamen observandum est, auctoris speciem annuam esse. — Icon apud Mill. t. 82 certe ad bicapsularem pertinet excluso fructu. — Pedicelli in hac specie breves sunt aequilongi non corymboso-dispositi, quo charactere a C. indecora *HK.* differt, cujus var. δ (m.) saepe alias valde similis.

30. *C. indecoram* HK. cum C. pendula *W.* conjunxi quia var. β transitum format in pubescentia; foliolorum forma vix diversa est. Leguminis natura eadem est quae toti huic subsectioni plus minus propria esse videtur, usque nunc impr. in C. bicapsulari memorata. Septa enim, quae horizontalia

si semina satis remota sunt, seminibus inter se approximatis sensim obliqua facta, ex parte se tangunt et denique dimidia concrescunt si 2 semina juxta se nata sunt; haec pars concreta media inter semina, in axi longitudinali sita est; quomodo, si hoc inter omnia leguminis semina fit, dissepimentum longitudinale formatur. Hoc dissepimentum longit. in C. bicapsulari testibus auctoribus semper sese format: in hac vero specie interdum tantum, quamobrem non dubitavi C. pendulam *W.* in qua dissep. longit. describitur cum C. indecora *HK.* quae ex Kth. tantum septa transversalia praebet conjungere, imprimis quum in specimine hujus ultimae speciei in Hrb. W. n. 7943 asservato hanc dissepimenti longitud. naturam bene observare potuerim. Saepius pars tantum leguminis dissep. longit. habet, altera vero tantum septa transversalia, quod non raro in C. corymbosa vidi.

In varietate δ duas observavi formas, quarum una, cujus fructus vidi ramis gracilibus, altera, cujus flores vidi, ramis crassioribus.

Pleraeque hujus subsectionis species valde similes sunt; quomodo bicapsularem distinguam jam dixi; laevigata W. a floribunda Cav. in eo differt, quod illa foliola acuminata haec foliola acuta habet, qui character quamvis satis minutus tamen satis constans videtur. Difficilius est C. corymbosam *Lam.* a quibusdam formis Cassiae floribundae distinguere quum characteres a Colladon dati non sufficiant: nescio alio modo quam foliolis angustioribus et magis curvatis in priore.

32. C. *floribunda* Cav. β tantum e speciminibus cultis mihi nota est: nomen Kunthianum addidi quia cum ejus descriptione bene convenire videtur.

34. Cl. Wight et Arnott varias formas ad *Cassiam Sopheram* L. (optimo jure) referentes hanc speciem nisi fructu a C. occidentali *L.* non diversam esse dicunt. Fructum

bene excultum C. Sopherae non vidi, quam ob rem hanc speciem tantum e scriptorum auctoritate ad Chamaefistulam duxi; sed certe auctores cit. in eo errant quod semina C. occidentalis verticalia esse contendunt. Fructus maturi figura hujus speciei et seminum directio a C. tomentosae non recedunt, quam tamen speciem hi auctores ipsi ad Chamaefist. retulerunt. Legumina matura alias optime cum descriptione et iconibus Cassiae occidentalis convenientia ex India *occidentali* allata semina horizontalia distincte mihi ostendunt; quin in specimine (in Hrb. Reg. Berol.) a cl. Wight sub n. 658 cat. misso fructus semimaturi (et margine leguminis incrassato!) semina inferiora jam horizontalia sunt. Legumina vero in hac specie sicut in ceteris subsectionis Oncolobii potius compressa sunt quam teretia quare a Chamaefistulis genuinis eas separandas esse putavi *); num C. Sophera ad has aut ad illam pertineat denuo inquirendum erit. Quod legumina C. occidentalis matura! revera non plana sunt etiam causa est cur suspicor C. linearem *Mich.* non diversam esse speciem **) et propterea tantum non conjunxi quia Elliot utramque speciem unam post alteram enumerat et describit, quod nisi diversitas adesset quomodo fieri potuerit non intelligo. — Cassia pubescens *Jcq.* quomodo a C. occidentali differat e descriptione et icone non patet; sed arbuscula ab auctore dicitur plures per annos vigens quod ad hanc spec. non quadrat.

C. HERPETICA *DC.*

Legumine rhombeo-prismatico membranaceo utrinque foliaceo-alato dehiscente; seminibus horizontalibus. — Herba.

---

*) omnia hujus subsectionis legumina etiam epulposa videntur esse.

**) aut fortasse C. Sophera etiam in America crescit?

Ad hanc subsectionem fortasse C. Paradyction m. (cf. n. 151) pertinet, quae habitu valde ad Cassiam alatam accedit.

D. ONCOLOBIUM *Vgl.*

Legumine e compresso tumido dehiscente; seminibus tantum inferioribus semper horizontalibus. — Frutices vel herbae.

37. *C. occidentalis* L. (sp. 539). Cf. quae sub n. 37 de hac specie disputavi.

C. occidentalis *Descourt.* fl. med. Ant. 2. t. 135 ex icone et descriptione bene cum vera C. occid. convenit, sed glandula inter infimum jugum delineata est, nec basi petioli, num tantum ex mendo quodam? fructus descriptio ibi cum meis observationibus optime convenit; formas varias quas auctor ibi indicat interpretari non possum.

Icon Cassiae geminiflorae *Schnk.* quam nunc videre mihi contigit, cum speciminibus cultis Cassiae patulae *Ait.* bene convenit; videtur varietas Cassiae occid. foliolorum marginibus glabris et foliolis obtusioribus tantum distincta.

38. *C. ruscifolia* Jcq.

Specimina mihi obvia optime cum icone conveniunt. Tamen species mihi dubia est; omnino enim Cassiae occidentali simillima tantum differre videtur foliolis minoribus et legumine parum latiore, magis quadrangulari, minus (ne vix quidem) tumido. Semina multo minus horizontalia et saepius (num semper?) omnia revera verticalia. Quare si propriam se probabit speciem fortasse inter *Chamaesennas* enumeranda erit.

41. *C. oblongifolia* m.

Frutex. Rami teretes, verrucosi, glabri; ramuli racemi et petioli primo tomento sordide flavido saepe pubescunt. Petiolus, semiteres, supra canaliculatus, basi incrassatus, setula brevissima terminatus, 3—4‴ lg. Stipulae lineares, intus subfalcato-curvatae, acutae, scariosae, subpersistentes, 3‴ lg. Foliola 5—10-juga subsessilia, oblonga, basi inaequalia, obliqua, externe latiora rotundata, interne cuneato-angustata, subaequilatera, apice rotundata, parum marginata, glabra, subtus in axilla nervi medii albido-barbata, supra laete viridia, subtus pallida, rigide membranacea, ab apice petioli basin versus decrescentia, extima ultra 1″ lg., 4″ lt. Infra juga medio circ. petiolo glandula brevis, stipitata aut (in foliis superioribus) sessilis, ovata, subcrassa, obtusa aut parum acuta. Racemi inferiores axillares: superiores rarius cum terminali paniculato-dispositi. Pedunculus communis folium subaequans, tomentoso-pubescens, apice floriferus. Flores magnit. Cassiae corymbosae *Lam.* iisque structura similes: calyx parum puberulus; ovarium flavido-pubescens. — Ad hanc sectionem retuli speciem ob specimen fructiferum a Luschnath in monte Corcovado lectum (in Hrb. Lucae.): foliola ejus non differunt nisi 4-juga, subtus non barbata; leg. brevi stipitatum, e tumido compressum, coriaceum, sutura utraque incrassato-marginatum, stylo apiculatum, glabrum, 3—5″ lg., 4″ lt. Semina multa horizontalia, septis membranaceis intercepta, pulpa nulla obducta.

Specimina Selloviana in Montevideo lecta sunt.

Sect. III. PROSOSPERMA *Vgl.*

Antheris fertilibus quadrangulari-prismaticis apice biporosis, summis abortivis; legumine compresso angusto; seminibus verticalibus in longitudinem fructus extensis. — Herbae vel frutices.

Obs. In omnibus hujus sectionis speciebus quas de seminibus examinare potui i. e. in C. Tora, obtusifolia, sericea et pilifera cotyledones sigmoideo-plicatas inveni, quas in nulla alia observavi.

42. *C. maritima* W. Hrb.

Caulis herbaceus, inferne teres, sublignosus, medullaris, pilis patentibus subrigidis tectus. Stipulae subulatae, deciduae; petiolus semiteres, adpresso-pubescens et patenti-pilosus, 6—9‴ lg.; foliola: inferiora supra medium petiolum inserta, bijuga brevi-petiolulata, obovato-oblonga vel ovalia, inaequilatera, basi obliqua, apice obtusa, mucronulata, subtus subglaucescenti-pallida, utrinque adpresse pubescentia et piloso-ciliata, membranacea, nervosa, ½″ lg. Pedunculus axillaris, singulus, teres, adpresse pubescens et pilosus; circ. 1″ lg., apice in pedicellos 2 partitus unifloros ei similes sed longiores et tantum pubescentes nec pilosos. Flores circ. magnit. Cassiae glaucae *Lam.* Sepala oblonga, exteriora angustiora, rigide pilosa, corolla multo breviora. Petala omnino oblonga, brevi stipitata, apice rotundata, subpollicaria non suppetunt. Stamina (incompleta in unico specim.) glaberrima, inferiora petala subaequantia et media filamenta inferiorum aequantia, antheris crassiusculis rostratis; st. summa sterilia. Ovarium angustissimum, subfalcato-curvatum, albido sericeo-hirsutum. Leg. (non plane maturum) attenuato-stipitatum, angustissimo-lineare, e compresso quadrangulare, subcurvatum, marginibus parum incrassatum, stylo elongato glabro apiculatum, sublignoso-coriaceum, bivalve, ad semina non torosum, multiloculare, pube adpressa densissime tectum, 5″ lg.

43. *C. pilifera* m.

Suffrutex? aut herba? pedalis et ultra. Radix interdum submulticeps. Caulis mox in multos ramos divisus; rami e tereti angulati, pilis patentibus flavidis hirsuti. Stipulae lineares, acuminatae, subfoliatae, subpersistentes, 4‴ lg.; petiolus compresso-angulatus, basi incrassatus, striatus, patenti-pilosus, circ. 1½″ lg., infra juga parum longior quam inter ea; foliola brevi-petiolulata, ovalia, oblonga; vel obovato-oblonga, basi valde obliqua, inaequilatera, latere superiore multo latiore, apice rotundata vel emarginata vel subacuta, brevissime mucronulata, utrinque subtus magis pubescentia, rigide membranacea, utrinque nervis prominentibus, 1—2″ lg., 9—14‴ lt. Glandula inter utrumque par elongata, stipitata, subulata. Pedunculi in axillis foliorum superiorum angulato-compressi, striati, pilosi et pubescentes, petiolum superantes, apice bibracteati, bi- rarius 3-partiti. Bracteae geminae, lanceolato-oblongae vel lanceolatae, pilosae. Pedicelli pedunculo simillimi, magis compressi, uniflori. Flores speciosi, aperti 1½″ lg. Sepala lineari-oblonga, obtusiuscula, pilosa, 4—5‴ lg., 1½‴ lt. Petala calyce pluries longiora, subinaequalia, unguiculata, lamina lato-oblonga extus pubescente. Stam. 10 glaberrima; 3 inferiora fertilia petala subaequantia, antheris supra basin affixis elongatis crassis quadrangulari-prismaticis reflexo-rostratis; 4 media simillima sed minora, filamenta superiorum tantum aequantia; stam. 3 summa sterilia, antheris compressis. Ovarium compressum, angustissimum, subfalcato-recurvatum, hirsutum. Stylus subteres, adpresso-pubescens; stigma (perforatum) minute ciliatum. — Adsunt specimina foliolis diversa magis coriaceis supra glaberrimis et omnino minus pilosa, quorum legumina matura vidi. Leg. est subsessile, angusto-lineare, subcurvatum, stylo elongato rostratum, marginibus parum incrassatum, bivalve, lignoso-coriaceum, pilis albidis conspersum, multiloculare, poly(20—30)spermum, 7″ lg. et ultra, 2‴ lt., ad semina non torosum. Funiculus filiformis. Semina septis membranaceis intercepta, oblique subquadrangularia, testa subbrunnea utrinque medio macula in longitudinem oblonga notata, 2—3″ lg., 1‴ lt.; albumen e more generis; cotyledones sigmoideo-curvatae, tenues.

47. *C. velutina* m.

Herbam dicunt collectores (Manso et Lhotzky) in ipsa urbe (Cujabâ?) lectam. Caulis pedalis, sublignosus, medullaris, erectus, teres, pube subferruginea velutinus. Stipulae obliquo-semiovatae, longe acuminato-mucronatae, paulo supra basin amplam rotundatam affixae, subvelutinae, circ. semipollicares, deciduae; petiolus e tereti subangulatus, ut caulis velutinus, ultra 3″ lg.; foliola 4-juga, brevi-petiolulata, oblonga, basi inaequalia, utrinque rotundata, apice mucronata, subtus pallidiora, nervis supra vix subtus distincte prominentibus, membranacea, utrinque (subtus velutino-) pubescentibus aut interdum pube abstersa, usque 2½″ lg., 1″ lt. Pubes in solis foliolis albida. Glandula tenuis, sessilis, cylindrica, inter omnia paria. Flores racemosi; pedunculus communis axillaris petiolum superans, cauli simillimus, multiflorus (e cicatricibus 20—30 flores gerens); pedicelli (fructiferi) teretes, firmi, reflexi, pollicares et ultra, sericeo-velutini. Leg. (non plane maturum) subsessile, elongatum, angustum, lineari-subquadrangulare, marginibus carinato-incrassatis, stylo elongato-apiculatum, lignoso-coriaceum, totum ferrugineo-velutinum, inter semina (20—30) valvis impressis subarticulatum, 6—8″ lg., 1½—2‴ lt.

Floret e collectoribus a mense Maj. usq. ad Decembr.

48. *C. appendiculata* m.

Frutex 7—10′ altus teste Luschnath. Rami teretes, ferrugineo-puberuli glabri. Stipulae (obverse) reniformes (deflexae?) altero lobo rotundato, altero arista elongata abrupte mucronato, supersistentes, structura foliolis simillimae, ½—1″ ltae., 3—6‴ lg. Petiolus semiteres, supra planus, in setulam crassiusculam productus, ferrugineo-tomentosus, 4″ lg.; foliola plerumque 4—5-rarius 3- vel 2-juga, brevi petiolulata, oblonga vel superiora obovato-oblonga, saepius parum inaequilatera, utrinque rotundata, vel apice emarginata, mucronulata, supra glabra, subtus nervis venisque magis prominentibus marginibusque subreflexis ferrugineo-pubescentia, rigide membranacea, superiora 3″ lg., apice 2″ lt., infima $1^1/_2$″ lg., apice 1″ lt. Glandula inter omnia paria sessilis, crassiuscula, subconica. Racemi axillares, simplices: pedunculus communis e tereti subangulatus, substriatus, ferrugineo-subtomentosus, petiolum subaequans vel superans, multi (usque 20-) florus; pedicelli pedunculo similes denique subpollicares, erecto-patuli basi bractea et glandula stipati; bractea ovato-lanceolata, longe acuminata, decidua circ. 3‴ lg.; (immediate supra quam altero pedicelli latere glandula provenit cylindrica, acuta, subcurvata, quam bractea parum brevior. Flores magnit. circ. Cassiae glaucae. Sepala subglabra, rotundato-obtusa, inferiora majora obovato-oblonga 6—9‴ lg.; 2 exteriora oblonga dimidio minora. Petala calycem duplo superantia, ex obovato-inaequalia, stipitata, stipite extus ferrugineo-pubescente. Stam. 10 glaberrima, filamentis brevissimis compresso-planis; 3 inferiora majora petala subaequantia, antheris crasso-quadrangularibus subrostratis parum supra basin affixis; 4 media minora simillima; st. 3 summa sterilia, minora, antheris oblongo-compressis. Stam. majora interdum adhuc persistunt reliquis petalisque jam delapsis. Ovarium angustissimum, ferrugineo-hirsuto-sericeum. Leg. subsessile, angustum, marginibus et mediis valvis carinatis, oblique (rhombeo-) tetragonum, lignoso-coriaceum, (apiculatum?) sutura superiore dehiscens, septis transversis multiloculare, 6—8″ lg. Semina jam emissa non vidi; e paucis non satis excultis tamen elucet in longitudinem fructus ea extensa esse.

Sect. IV. CHAMAESENNA *DC.*

Antheris fertilibus quadrangulari-prismaticis apice biporosis, summis abortivis; legumine compresso; seminibus verticalibus in latitudinem fructus extensis funiculo longioribus aut aequalibus. — Frutices, arbores vel herbae.

Obs. Maxime hujus sectionis species habitu et leguminis florisque structura inter se differunt. Memoratu dignae sunt C. spinescens *Hffmg.* unica nota species inter Cassias stipulis spinescentibus, et C. reniformis *Don.* ob semina singulari modo saepe exculta et flores subplenos.

51. *C. leiophylla* m.

Herba (perennis?) circ. bipedalis, glabra; caulis erectus, simplex aut parum ramosus, subcompressus, superne sulcato-striatus. Petiolus communis semiteres, supra canaliculatus, circ. 8‴ lg.; stipulae lineares, acutae, ultra semipollicares, deciduae; foliola bijuga, brevi petiolulata, obovato- vel elliptico-oblonga, obtusa, acutiuscula, subrigide membranacea, utrinque reticulato-nervosa, concoloria, usque 2″ lg., 9‴ lt.; inferiora plerumque minora. Glandula sessilis, subcrassa, ovato-oblonga, acuta inter inferiora. Flores apice ramulorum saepius aphyllo racemosi, subgemini, pedicellati, saepius e pedunculo communi brevissimo aut elongato (3‴—2″ longo) nati; basi pedunculi communis bractea stipulis simillima; pedicelli compressi, apice parum angustati ibique hirto-pubescentes, circ. 1″ lg., basi bracteá oblonga parva decidua stipati. Sepala glabra, 3 interiora majora obovato- vel ovali-oblonga, rotundata, 6—7‴ lg.; 2 exteriora oblonga, dimidio minora. Petala obovato-oblonga, inaequalia, brevi-stipitata, obliqua, calyce duplo longiora, lutea? Stam. 10 glaberrima; 3 inferiora majora filamentis subcompressis, antheris crassis longe rostratis petala dimidia aequantibus;

4 media simillima filamenta majorum *tantum* aequantia; stam. 3 summa inania, difformia, parva. Ovarium curvatum, pubescens; stigma (perforatum) minute ciliatum. Leg. sessile compresso-lineare; stylo apiculatum, marginibus incrassatum, subcurvatum, subglabrum, circ. 4″ lg., 1½‴ lt. Semina matura non vidi.

52. *C. reniformis* Don l. l. p. 440.

Frutex? Rami teretes ramulique angulati dense sordide pubescentes. Stipulae suberectae, lateraliter reniformes, medio brevi-petiolulatae: lobo inferiore amplo rotundato, superiore attenuato rarius abrupte ex acuminato cuspidato-mucronato; usque 1″ longae et ultra (tunc ubi affixae ½″ latae), persistentes, foliolis consistentia simillimae. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, plerumque ut rami pubescens, 2—3‴ lg., in setam deciduam productus; foliola 3-juga, e lato-oblonga elliptica, brevi acuminata, acumine acuto aut obtuso mucronulato; denique supra glabra nitida (in sicco) cupreo-viridia, subtus ex incano rubella nervis venisque pubescentia, subcoriacea, utrinque nervoso-venoso reticulata, 1½—5″ lg., 1—2″ lt., inferiora minora. Glandula sessilis, ovata vel cylindrica, acuta inter omnia paria. Racemi corymbiformes axillares et terminales: superiores saepe paniculato-dispositi. Pedunculus comm. (axillaris) petiolum aequans vel superans, compresso-angulatus, e cupreo aureo pubescens, apice (circ. 15-) floriferus; pedicelli compressi, ut pedunculus pubescentes, inferiores ultra pollicares; bractea basi pedicelli ovato-lanceolata, acuminata, 3‴ lg., decidua. Sepala membranacea, obtusa, glabra; interiora lato-oblonga, 5‴ lg.; exteriora oblonga, multo minora. Petala obovato-oblonga, inaequalia, circ. pollicaria, venoso-striata, lutea? Stam. 10 glaberrima: e quibus saepe 3 inferiora majora fertilia, filamentis planis tota stamina 4 media aequantibus, antheris elongatis crassis apice vix aut non apiculatis; st. media similia minora; 3 summa sterilia parum minora, antheris deformatis latis compressis; saepe vero 1 aut 2 stamina tantum ceteris majora sunt, 6 aut 5 media; saepe et stamina media in petala transformantur interdum loculum polliniferum adhuc gerentia. Ovarium compresso-lineare, subfalcato-recurvatum; stylus parum angustior apice non incurvus; stigma (perforatum) minute ciliatum. Leg. brevissime stipitatum, compresso-lineare, apiculatum, rectum aut parum curvatum, lignoso-coriaceum, ad semina vix torulosum, transverse venosum, subglabrum; semina 30—40 aut pauciora, septis membranaceis intercepta. — Varietas simillima est; tantum tota planta subglabra, legumina sublatiora sunt falcato-curvata; hujus semina vidi, quae in priore jam omissa erant. Funiculus filiformis, semini longitudine subaequalis, contortus. Semen ex oblongo compresso-quadratum, 3''' lg., 1''' lt.; testa nitida; albumen e more generis; embryo rectus; cotyledones cordato-oblongae, tenues; radicula teres, exserta, longiuscula; plumula inconspicua. Haec semina anatropa erant radicula ad hilum posita. In eodem vero fructu non pauca semina inveni embryone parum curvato, et impr. radicula curvata; sed haec curvatura ex eo orta videtur, quod ovulum jam anatropum ultra adhuc sese excoluit atque ita haec semina modo contrario seminibus Papilionacearum curvata sunt.

58. *C. coquimbensis* m.

Arbor parva? Ramuli teretes, plus minus dense pubescentes. Stipulae lineares, apice subulatae, pubescentes demique deciduae, 3''' lg. Petiolus semiteres, strigoso-pubescens, 2'' lg. et ultra. Foliola 4—6-juga, obovato-oblonga, basi inaequalia, obliqua, apice rotundata vel emarginata, mucronulata, imprimis margine et subtus plus minus strigoso-pubescentia, subrigide membranacea, 6—9''' lg., 3—4‴ lt. Racemi terminales et axillares; pedunculus communis folium subduplo superans, compresso-angulatus, pube parca strigosus, a medio floriferus; bractea stipulis simillima, sublongior, sub anthesi persistens; pedicelli compresso-filiformes, puberuli, inferiores subpollicares. Flores circ. 8, magnitudine Cassiae corymbosae. Sepala angusto-oblonga, subglabra. Petala calycem satis superantia, ex obovato inaequalia, superiora falcato-curvata. Stam. 10, quorum 3 summa sterilia, 4 media et 1 infimum fertilia majora, antheris quadrangulari-prismaticis, lanceolatis, brevi apiculatis; 2 inferiora lateralia ceteris majora similia. Leg. ignotum.

Habitu similis Cassiae biflorae quapropter et inter Chamaesennas recensui; primo adspectu diversa floribus racemosis.

59. *C. spinescens* Hffmg. (in Hrb. W. 7960)

Frutex videtur. Rami angulati, subglabri. Folia sparsa, basi spinis 2 stipularibus recurvatis compressis basi crassis 2‴ lgis. stipata. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, setula decidua instructus, glaber, 4—5‴ lg.; foliola 5—6-juga, petiolulata, ovata aut ovato-oblonga, basi parum cordata aut rotundata, acuminata aut acuta, glaberrima, membranacea, reticulato-nervosa, supra intense viridia, subtus pallida, 1—3″ lg. Glandula cylindrica acuta inter omnia paria, et supra petioli basin. Racemi (in specimine unico, tantum) axillares; pedunculus folium superans, crassatus, e tereti compressus, supra medium parum tenuior floriferus, sulcatus; pedicelli compressi, primo ferrugineo-tomentosi, circ. pollicares. Flores magnit. circ. Cassiae glaucae. Sepala subovata, obtusiuscula, subglabra, majora circ. 4‴ lg., exteriora subdimidio breviora. Petala calycem multo superantia, obovato-oblonga, inaequalia, extus pubescentia. Stam. 10; 7 fertilia; 3 inferiora filamentis compressis fusco sericeo-tomentosis sepala superantibus, antheris quadrangulari-prismaticis glabris; ex his 2 lateralia parum quam infimum majora antheris longius rostratis; 4 st. media circ. dimidio minora, antheris ut in stam. infimo, vix apiculatis; st. 3 summa sterilia, minora. Antherae fertiles rima, strato externo ut in multis hujus sectionis speciebus fisso, albido-fucata. Ovarium compresso-lineare, ut filamenta tomentosum; stylus vix distinctus. Leg. basi attenuatum, compressum, lato-lineare, marginibus non incrassatum, valvis incrassatis loculamenta includentibus facilibus fractu, glabrum, laeve, nitidum; semina non vidi.

67. C. *biflora* L. sp. ed. 2. p. 540.

De hac specie longe dubius haesitavi, quum formae valde inter se differre videantur. Sine dubio nimis multae species exstructae sunt, quae fortasse ita enumerari possunt:

A. Paucijugae: foliolis 4—6 jugis. (C. galegifolia *Linn.* Syst. X.; C. biflora *L.* Amoen. ac. 5?)

α. glaberrima, foliolis obovato-cuneatis subemarginatis, floribus *in sicco lateritiis.* — C. *bifl.* var. semperflorens *DC.* (Hrb. W. 7970 fol. 3 — s. fr.)

β. (C. Acapulcensis *HK.*) foliolis obovato-oblongis petiolisque ramisque pubescentibus.

Hbt. ad Acapulco Mexic. (Hrb. W. 7970 fol. 5)

Obs. Legumen hujus varietatis angustissimum est, minus incrassato-marginatum quam in planta Haïtensi (var. *δ*). Idem legumen ostendit Hrb. W. l. l. fol. 4, quae forma insignis foliolis 5—7-jugis *longioribus* (extimis fere 1½'' lg.) subtus subglauco-pallidis subacutis fortasse cum sequente varietate conjungenda est.

γ. (C. pallida *Vahl.*) foliolis subtus pallidis *extimis* majoribus.

Hbt. Ad St. Martham.

B. Multijugae: foliolis 6 — 12-jugis.

δ. (C. frondosa *Ait.*) foliolis ovali-oblongis aut oblongis pedunculisque subpubescentibus. Eadem est C. Crista *Jcq.*! (Hrb. W. 7995); C. frond. var. pubescens Coll. tantum pube densiore diversa, memoratu non digna videtur; C. geminiflora *M.* et *S.* Coll. t. 3. p. 103 veresimile non diversa; C. biflora *L.* sp. ed. I. et C. tenuissima *L.* sp. 541? C. biflora, *Sims* bot. mg. 810 nisi minore jugorum numero non differre videntur: huc et Plum. ed. B. t. 78. f. 1.?

ε. foliolis obovato-cuneatis acutiusculis, petiolis tomentoso-pubescentibus.

Hbt. in Mexico ex Hort. Berol. (V. v. c. s. fr. in Hort. Berol.)

ζ. (galegifolia Coll.) glabra, foliolis majoribus intense viridibus, floribus exsiccatis sublateritiis.

Omnino series *A.* Cassiae biflorae in DC. Prodromo respondet, *B.* Cassiae frondosae *Ait.*; sed hae species non separandae videntur, certe quomodo transitus inter has formas certis finibus circumscribere possim nescio; nam nec foliola emarginata, nec superiora longiora, nec basi cuneifolia, nec punctata satis constantes characteres inveni; numerus non minus inconstans; ceterum in legumina plerumque incognita denuo inquirendum est. Glandulam saepius et compressam vidi, quare in posterum C. rostrata *Mart.* accuratius observanda est. De forma foliolis tenui-membranaceis jam in parte priore egi; de C. biflora *L.* in edit. I. et II. spec. cf. quae *J. Richter* in edit. sua completa hujus auct. disputaverit p. 394.

93. ***C. sapindifolia*** m.

Herba perennis? Rami teretes, anguloso-striati, verrucosi, pube adpressa sordide ferruginea tecti. Stipulae setoso-lineares, sub 5''' lg., caducae. Petiolus subtriqueter, supra leviter canaliculatus, basi incrassatus, apice attenuatus, in setam longam ($4'''$ lg.) tenuissimam productus, tomentosiusculus. Foliola 4 — 6-juga brevi petiolulata, lato-oblonga, basi subrotundata, aequalia, aequilatera, acuminata, mucronata, glaberrima, tenui-membranacea, utrinque reticulato venoso-nervosa, 3—$4''$ lg., $1\frac{1}{2}''$ lt. Racemi apice ramulorum aphyllo in panicula ampla collocati, pube sordido-ferruginea tomentosi. Pedunculus comm. crassus, apice parum attenuatus, anguloso-compressus, ibique floriferus, circ. $3''$ lg.; pedicelli corymboso-dispositi, inferiores pollicares et ultra, fructiferi elongati; bractea lanceolata, sordide ferrugineo-tomentosa, $2'''$ lg., decidua. Flores magnit. circ. Cassiae laevigatae W. Sepala oblonga, pube adspersa, exteriora minora. Petala calyce multo majora, inaequalia. Stamina glabra: 2 inferiora maxima, infimo parum minore; 4 media minora; antherae horum staminum fertilium quadrangulari-prismaticae, lanceolatae, rostratae, basi sagittatae; st. 3 summa sterilia, multo breviora, antheris oblongo-linearibus. Leg. juvenile compressum, margine incrassatum, glabrum. — Specimina quae vidi valde manca erant.

97. *C. montana* Heyne (Roth. n. sp. 214).

Senna glauca ***Roxb.*** fl. Ind. 2. p. 351 eandem speciem esse persuasum habeo: foliola auctor 8—16 numerat. Processus conicus quem in leguminis stipite describit, in unico quod vidi specimine aderat sed minutus, nec de ejus natura certus sum. Videtur origo membranae quae ut ala angustissima vix conspicua suturam leguminis vestit.

Sect. V. SENNA *Tournef.*

Antheris fertilibus quadrangulari-prismaticis apice biporosis, summis abortivis; legumine compresso; seminibus verticalibus, in latitudinem fructus extensis, funiculo longioribus. — Frutices, arbores, vel herbae.

Obs. Melius fortasse ut subsectio cum anteriore conjungenda; nam habitus proprius Cassiae Sennae etc. in ceteris non invenitur.

101. *C. obovata* Coll. *β.* (C. obtusata *H.*)

Senna obtusa ***Roxb.*** fl. ind. 2. p. 344 (C. obtusa ***Roxb.*** ex ***W.*** et ***A.***) ad hanc pertinere videtur e specimine ***Wight.*** cat. 655!; certe folia et fructus accurate cum speciminibus Aegypt. et Senegal. conveniunt; caulis vero dicitur herbaceus, diffusus, procumbens *), in specimine citato tamen, quamvis humilis, descriptioni non respondet sed (fere lignosus) suberectus est. ***Burm.*** Ind. t. 33. f. 2 a ***Roxburgh*** ad suam speciem a ***W.*** et ***A.*** ad C. obovatam ***Coll.*** relata mihi ad obtusatam ***H.*** vocanda videtur.

104. *C. sylvestris* Vell. fl. flum. IV. t. 78.

Frutex? Rami teretes, albido-verrucosi, puberuli; ramuli tomento ferrugineo vel sordido tecti, fructiferi interdum glabrescentes. Stipulas non vidi. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, (setula decidua?) eglandulosus, pube tomentosa dense tectus, semipedalis et ultra; foliola brevi-petiolulata, in jugis opposita, 7-juga, oblonga, basi obliqua subcordata, apice plerumque in acumen breve, acutum vel obtusiusculum producta, membranacea, utrinque pube qua petiolus tecta, supra interdum subglabra nitida, subtus pallidiora, nervis utrinque parum prominentibus, 3″ lg., sub 1½″ lt., infimi jugi plerumque breviora. Racemi axillares et terminales, ferrugineo-tomentosi, apice ramulorum aphyllo paniculato-dispositi. In racemis axillaribus pedunculus quam petiolus dimidio brevior, a medio floriferus; pedicelli corymboso-dispositi, numerosi, inferiores ultrà pollicares. Calyx infima basi tomentosus: sepala interiora lato-oblonga, apice rotundata, circ. 5‴ lg., 2 exteriora dimidio breviora lineari-oblonga. Petala (albida?) ex obovato inaequalia unguiculato-stipitata, calyce duplo longiora. Stam. 10 glaberrima; 3 inferiora majora sub 6‴ lg. fertilia, e quibus infimum quam 2 lateralia minus est, antheris lanceolatis quadrangulari-prismaticis basi sagittatis apice angustatis brevi rostratis; stam. 4 media similia, minora; 3 summa ceteris multo angustiora, sterilia. Ovarium brevissime stipitatum, compressum, ex aureo ferrugineo hirsutum, cum stylo compresso glabro curvatum; stigma fere infra apicem minute ciliatum. Leg. brevi-stipitatum (stipite plano) compresso-plano, lato-lineare, apice rotundatum styli basi brevissime apiculatum, marginibus incrassatum, rigide coriaceum, transverse venosum, glabrum, brevi puberulo-ciliatum, nitidum, 3—5″ lg., 10‴ lt. Semina plurima, quam funiculus filiformis multo breviora, septis obliquis intercepta, immatura tantum vidi. Septa membranacea, obliqua, saepe bina basi anastomosantia loculos in trigonorum modum formant.

---

*) *Roxburgh* dicit: caulis vix ullus, rami diffusi (humifusi) prostrati.

111. *Cassia Selloi* Don.? Syst. G. Bot. II. p. 442.

Frutex arborve? Rami teretes, glabri, vel tomentosiusculi, multis verrucis albidis tecti, superne compresso-angulati. Folia sparsa; stipulae subulato-lineares, suberectae aut falcato-curvatae, usque ½″ lg., caducae. Petiolus e semitereti subtriquetro-compressus, basi incrassatus, apicem versus filiformi attenuatus, inter foliola vix conspicue marginatus, ibique pube minuta hirtus, circ. semipedalis; inter foliolorum par infimum vel 2 paria infima glandula erecta, elongata (2‴ lg.) subacuta, interdum glandula similis minus crassa inter juga 1—4 summa accedit. Foliola brevi petiolulata, 18—26-juga, lineari-oblonga vel oblongo-linearia, basi obliqua inaequalia, latere superiore parum latiore cuneato-attenuato; apice rotundata vel emarginata, mucrone minore vel longiore interdum subuncinato-curvato, supra subglabra medio flavido-puberula olivaceo-viridia vel nigra (in sicco), subtus pallida subincana pilis parcis albidis nitentibus adpressis conspersa, rigide membranacea, utrinque nervis parum prominentibus, nervo medio subtus crassiore supra subimpresso, usque 1″ lg., 4″ lt. Racemi axillares et terminales apice ramulorum plerumque paniculam amplam efficiunt: Pedunculus communis subcompressus, pubescens, apice floriferus ibique saepius flavido-tomentosus, folio subdimidio brevior; pedicelli corymboso-dispositi, compressi, puberulo tomentosi, inferiores subpollicares. Flores magnitudine circ. Cassiae laevigatae. Sepala lato-oblonga, medio tomentosa, circ. 2‴ lg., 2 exteriora parum breviora multo angustiora oblonga. Petala calyce multo longiora, inaequalia; inferiorum alterum omnium maximum, basi adscendens, oblique oblongum, subfalcato-curvatum, apice rotundatum, alterum parum brevius, lato-oblongum, subobovatum; reliqua minora stipitata oblonga glaberrima vel extus nervis pubescentia lutea? Stamina 10 glaberrima, filamentis planis: 3 inferiora fertilia, majora, petala minora aequantia, antheris crasso-quadrangularibus longe rostratis, unum ex his saepe parum minus; 4 media fertilia simillima dimidio fere minora, antheris brevi apiculatis; stam. 3 summa sterilia vix vestigium antherarum ostendunt. Ovarium sessile, lineare, subcurvatum, pubescens; stylus simillimus, glaber. Stigma simplex aut minutissime vix conspicue ciliatum. Legumen brevissime attenuato-stipitatum, lato-lineare, apice rotundatum, styli basi apiculatum, marginibus parum incrassatum, transverse leviter venosum, glaberrimum, rigide coriaceum, usque 10″ lg., 8″ lt. Semina plurima septis transversis membranaceis intercepta matura non videbantur.

Inter hanc formam typicam et varietates varii sunt transitus; et specimen Hrb. W. n. 7981. pr. Bahia lectum huc vocandum videtur.

112. *C. verrucosa* m.

Frutex? Rami teretes, tomentoso-pubescentes, multis verrucis albidis rotundis notati. Stipulae subulato-lanceolatae, saepe subfalcato-curvatae, tomentosae, circ. 4‴ lg. caducae; petiolus inter juga brevissime marginatus, hispido-tomentosus circ. 4″ lg.; glandula brevis, erecta, teres, acuta inter infimum jugum; foliola brevi-petiolulata, 20—24-juga linearia, basi obliqua, inaequalia, apice subrotunda, mucronata, supra glabra, subtus incana, margine, rarius subtus, pubescentia, 3—4‴ lg. Inflorescentia omnino prioris cui et floribus valde similis: sed sepala extus subglabra, petala extus glabra, stamina antheris parum crassioribus. — Ab anteriore imprimis differt foliolis et stipulis.

Species quoad sectiones dubias

separatim enumeravi, quia permultae inter has habitu minime certum locum obtinere possunt; omnino enim habitus in sectionibus usque nunc recensitis nunquam tam insignis est, ut ex eo jam affinitas cognoscatur. De speciebus novis quantum e habitu determinari potest in sequentibus indicaturus sum.

114. *C. nervosa* m.

Frutex. Tota planta exceptis petalis et foliorum pagina superiore pube aureo-flavida tomentoso-hirsuta. Rami teretes; ramuli compresso-subangulati. Stipulae subulatae, parum curvatae, circ. 5‴ lg., deciduae; petiolus subteres, crassus, in setulam deciduam elongatus, circ. 2″ lg.; foliola bijuga, brevi-petiolulata (inferiora medio petiolo inserta) lato-oblonga, inaequilatera, basi inaequalia, obliqua, apice saepius subacuta, supra adpresse pubescentia, subtus pube molli hirsuta, utrinque subtus prominente venoso-nervosa, rigide membranacea, 2—5″ lg., 1½—2½″ lt., inferiora plerumque quam superiora multo minora. Glandula sessilis, crassa, ovata, acuta inter utrumque par. Racemi corymbiformes, apice ramulorum approximati et terminales paniculam amplam formant; pedunculus compressus aut angulatus, apice floriferus; pedicelli similes, subpollicares; bractea oblonga, acuminata, subpersistens, sub 3‴ lg. Flores speciosi, aperti 2″ lati et ultra. Sepala oblonga, acutiuscula, extus aureo-pubescentia, sub 3‴ lg., 2 exteriora minora. Petala lata, obovato-oblonga, subinaequalia, aurantiaca, extus et intus venis subaureo-pubescentibus striata. Stam. eadem ac in C. splendida; sed antherae et filamenta pilis singulis aureis hirto-pubescentia. Ovarium e luteo aureo hirsuto-sericeum; stylus non distinctus, incurvus, apice glaber; stigma subsimplex minute ciliatum. — Ad Chamaesennas genuinas bijugas accedit.

116. *C. multiflora* m.

Species habitu ad C. bijugam valde accedens. Rami teretes, verrucosi, glabri; ramuli et inflorescentia et foliola subtus pube minuta adpressa plus minus flavido-aurea nitente dense tecti. Stipulae subulatae, deciduae. Petiolus circ. 4″ lg. a medio foliiferus. Glandula elliptica vel ovata inter jugum inferius. Foliola bijuga, brevi-petiolulata, lanceolato ellipticove oblonga, inaequilatera, basi inaequalia, apice in acumen obtusum sensim attenuata, supra glaberrima nitida, subtus incana, reticulato venoso-nervosa, maxima circ. 5″ lg., sub 2″ lt., inferiora plerumque dimidio minora. Racemi rarissime axillares apice ramulorum aphyllo inflorescentiam efficiunt amplam paniculatam. Pedunculi erecto-patentes aut adscendentes apice floriferi. Pedicelli 1—2″ lgi., basi bractea ovato-oblonga acuta sub anthesi plerumque persistente

2‴ longa stipati. Sepala oblonga, obtusiuscula, extus aureo-pubescentia, majora 4‴ longa, exteriora dimidio breviora. Corolla speciosa, aperta ultra 2″ lata, (nisi petala abortiva difformia sunt *)) extus sub-aureo pubescentia. Stam. 3 inferiora antheris crassis quadrangulari-prismaticis reflexo-rostratis et filamentis pube hirta adspersis; 4 media similia minora antheris brevi-apiculatis; 3 summa sterilia minuta. Ovarium compresso-lineare, recurvato-falcatum, adpresse dense sericeum; stylus vix distinctus apice glaber; stigma minute ciliatum.

116. *C. striata* m.

Frutex. Rami teretes graciles petiolique leviter sulcato-striati et pube minuta albida sparsa tecti. Stipulae lineari-setosae, erectae, 3‴ longae, subpersistentes. Petiolus e semitereti sub-plano compressus, in setam deciduam productus, circ. 2″ lg. Foliola bijuga brevi-petiolulata: inferiora medio petiolo inserta, oblonga, basi inaequalia, vix inaequilatera, apice rotundata, mucronulata, supra nitentia, subtus subincano-pallida, utrinque nervis venisque prominentibus reticulata et ut rami puberula, rigide membranacea, usque 2″ longa, 1″ lata; superiora simillima, sed obovato-oblonga, apice interdum subacuta, usque 3″ longa, 1″ lata. Glandula clavata, brevi-stipitata, inter aut parum supra inferius par. Pedunculi compressi petiolis similes, crassiores, folio pluries longiores, ultra medium floriferi; pedicelli 8—12 corymboso-dispositi, inferiores 1½″ longi, basi bractea stipati oblonga acutiuscula complicata decidua 1½‴ longa. Flores speciosi, omnino Cassiae rugosae similes, sed calyx tantum puberulus nec velutinus et stamina glabra; ovarium stipitatum, hirsuto-sericeum; stylus apice glaber; stigma perforatum minute ciliatum. — Habitu inter rugosam et splendidam media collocanda erit.

---

*) Cf. de hac re sub C. ramiflora n. 165.

139. *C. birostris* Domb.! ined.

Frutex; rami subteretes, striati, hinc inde parce pubescentes. Folia sparsa et racemi patenti-adscendentes; stipulae setaceo-lineares, caducae; petiolus e semitereti lateraliter compressus, subpiloso-pubescens, verrucis sparsis tectus, 4''' lg.; foliola 8—9-juga, brevi-petiolulata, ex ovali aut ovato brevi-oblonga, subacuta, submucronulata, basi inaequalia obliqua, crassiuscula, parum subglaucescentia, supra glaberrima subavenia, subtus imprimis nervo medio prominente margineque piloso-pubescentia, 6''' lg., 2''' lt. Glandula stipitata, ovata, acuta inter par infimum. Racemi axillares et terminales apice ramulorum paniculam foliosam formant; pedunculus quadrangulari-compressus, ut petiolus pubescens et verrucosus, folium subaequans inde a medio vel apice floriferus; pedicelli pedunculo similes, 4—5''' longi; racemoso-dispositi, pilis albidis adpressis nitentibus pubescentes; bractea lineari-elliptica, acuminato-acuta, pubescens, circ. 2''' longa, subpersistens. Flores 4—8 magnit. circ. Cassiae occident. iisque valde similes. Calyx extus parum puberulus. Stam. glabra, 7 fertilia quorum duo inferiora lateralia petala parum superant curvata, unde veresimile nomen specificum. — Habitus Chamaesennae.

142. *C. fulgens* Wall. (L. n. 5310).

Rami teretes, glabri, multis verrucis albidis dense tecti. Stipulas non vidi. Petiolus spithameus, semiteres, supra canaliculatus, minutissime nitenti pubescens. Foliola 25-juga aut pauciora, brevi-petiolulata, lineari-oblonga, apice rotundata, mucronulata; supra glabra opaca, subtus glaucescenti incana pube minuta adpressa nitenti dense tecta, membranacea; 9''' lg., 4''' lt. Glandula subulata inter 1—3 paria infima. Racemi ut petioli pubescentes multiflori; pedunculi circ. 2—3″ lgi. apicem versus floriferi; pedicelli subcorymbosi, circ. 9‴ longi. Bracteas non vidi. Flores quam Cassiae occid. parum majores. Petala valde inaequalia, stipitata; unum inferiorum oblongo-falcatum, maximum; 3 superiora multo minora. Sepala quam corolla multo minora, membranacea, glabra. Stamina glabra, 3 summa abortiva minuta; 4 media et infimum calyce majora antheris filamenta superantibus rostratis; 2 inferiora lateralia multo longiora. Ovarium lineare, curvatum, glabrum. — Ad Chamaesennas accedere videtur.

146. *C. Barclayana* Sweet. (fl. Austral. n. 32) — Chamaesenna?

Unica species (praeter C. Sophera *L.* et C. occidentalem *L.*) quae in Australasia ex alia sectione quam Psilorhegma usque nunc nota est. — In speciminibus in Horto Bot. Berol. cultis saepius vidi vix supra basin petioli infimum foliolorum par affixum esse, et tunc glandula crassa inter haec inveniebatur aut 2 glandulae minores; interdum quoque inter par sequens, 1 glandula aut 2 minores conspiciuntur.

151. *C. Paradyction* m.

Caulis herbaceus e compresso quadrangularis, angulis sub alarum forma (in sicco) valde prominentibus, glaberrimus, simplex aut parum ramosus, pedalis et ultra. Stipulae sessiles, lato-ovatae, rotundatae aut obtusae, glaberrimae, scarioso-membranaceae, nervoso-striatae, persistentes, 8‴ lg. et latae. Petiolus erecto-patens, subtriqueter, striatus, subglaber, circ. semipedalis, eglandulosus, supra medium foliola gerens 6—8 rarius pauciora interdum tantum 2. Foliola subsessilia, obovato-oblonga, inaequilatera, basi inaequalia, apice subrotundata vel emarginata, glaberrima, rigide membranacea, versus basin petioli decrescentia, ultra

4″ lg., 2½″ lt., utrinque prominenti reticulato venoso-nervosa, venis nervisque ad marginem singulare efficientibus rete prominens, unde nomen specificum. Racemi axillares: pedunculus comm. compressus, angulatus, striatus, glaber, inter flores subviscoso-puberulus, simplex aut rarius ramosus, apice (20 — 30-) floriferus, 9 — 12″ longus, inde a medio pedunculo plures insident bracteae inanae distantes, e quarum axillis interdum ramuli oriuntur floriferi. Bractea ovato-oblonga, acutiuscula, concavo-complicata, scariosa, nervoso-striata, circ. 5‴ longa. Pedicelli subviscoso-tomentosiusculi, 2‴ longi, basi ad latera bracteae bracteolis 2 subulato-linearibus pedicellum parum superantibus stipati. Sepala 5 lineari-oblonga, subacuta, scariosa, nervoso-striata, glaberrima, inaequalia, infimo minore. Petala calyce parum longiora, oblonga, brevi-unguiculata, 4 subaequilonga, quorum 2 inferiora latiora subcomplicata, summum sessile minus lato-oblongum. Stam. 10 inaequalia: duo petalis inferioribus opposita fertilia ceteris multo majora: filamentis compressis brevissimis: antheris quadrangulari-prismaticis lanceolatis basi cordato-sagittatis, apice poris dehiscentibus, 8 — 9‴ longis; 4 media (fertilia) prioribus 2 similia eaque vix dimidia aequantia; 3 summa sterilia, filamentis longioribus, antheris minutis subovatis basi cordato-sagittatis, quibus stamen infimum simillimum parum longius. Ovarium sessile, lineari-oblongum, compressum, parum hirto-pubescens; stylus compressus, glaber, curvatus, ovarium longitudine subaequans; stigma simplex (denique perforatum minute ciliatum?). Habitus fere Cassiae alatae *L.*; sed structura plane ab omnibus notis specie diversa.

152. *C. lucens* m. — Chamaesenna?

Frutex. Rami sulcato-angulati, verrucosi, pube densa sordido ferruginea tomentosi. Stipulas non vidi. Petiolus triquetro semiteres, supra vix canaliculatus, ut rami tomentosus, in setam deciduam productus, eglandulosus, 6—8″ lg. Foliola 8—9-juga; brevi-petiolulata, oblongo-lanceolata, subacuminata, acuta, mucronata, aequilatera, basi plerumque aequalia, supra glaberrima nitida, subtus pallidiora nervis prominentibus pubescentia; rigide membranacea, 2″ lg., 1/2″ lt. et ultra. Racemi axillares et terminales, apice ramorum aphyllo patuli vel curvato-suberecti; pedunculus comm. parum compressus, tomento ferrugineo hirto-pubescens, a medio fere floriferus, subsemipedalis; pedicelli compressi, eodem modo tomentosi, ultra semipollicares. Flores magnit. circ. Cassiae laevigatae. Sepala ovali-oblonga, obtusiuscula, glabra, 2 exteriora multo minora oblonga, basi pubescentia, tenui-membranacea. Petala obovata, in stipitem attenuata brevissimum, inaequalia. Stam. glabra: 7 fertilia antheris quadrangulari-prismaticis lanceolatis brevissime rostratis basi cordato-sagittatis: 2 inferiora petala subaequantia antheris majoribus, reliqua filamentis majoribus: 3 summa infertilia antheris ceterorum similibus minutis. Ovarium compressum, glaberrimum; stylus incurvus apice subtumidiusculus; stigma infra apicem (in longitudinem styli) excavatum non ciliatum.

156. *C. palmata* Wall. (L. n. 5306) — Chamaesenna?

Frutex. Rami e tereti subangulati, pube subflavida tomentosi. Stipulae palmato-(4—6-)partitae, lacinia summa acuminata, ceteris ex acuto rotundatis mucronulatis, strigoso-pubescentes, subtomentosae. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, basi parum incrassatus, eglandulosus, pube densa subhirsutus, 7—8″ lg. Foliola 18-juga, brevi-petiolulata, lineari-oblonga, utrinque rotundata, apice mucronulata, supra puberula, subtus pube splendente-flava adpressa imprimis nervo medio dense tecta, membranacea, circ. 1″ lg., 4‴ lt. Racemi axillares sordide flavido tomentosi; pedunculus e compresso angulatus, ut petiolus pubescens, folium circ. dimidio aequans, a medio floriferus, floribus 12—20; bractea ovata, complicata, semiamplectens, acute acuminata, impr. basi incisa, pube aureo-ferruginea nitenti subtomentosa, ultra $^1/_2$″ lg. persistens; pedicelli erecto-patentes, inferiores ultra pollicares. Sepala ovali-oblonga, obtusa, extus sordide flavido tomentosa, 2 exteriora parum minora oblonga. Petala subovata vel oblonga, inaequalia, calyce parum majora glaberrima. Stam. glabra: 3 summa sterilia, minima, antheris effoetis, 7 fertilia, quorum 2 inferiora ceteris vix majora, calycem vix superantia, antheris vix rostratis, filamentis brevissimis. Ovarium glaberrimum.

Sect. VI. PSILORHEGMA *Vgl.*

Antheris aequalibus quadrangularibus prismaticis aut compressis, apice in rima brevissime dehiscentibus; rima utroque latere indehiscente glabra. — Frutices parvae glutinosae Australasicae aut arbor? Brasiliensis.

A. SPECIES AUSTRALASICAE.

Antheris quadrangulari-linearibus; pedicellis ebracteolatis.

Obs. Stamina semper 10 esse videntur filamentis brevissimis. Legumen compressum, seminibus in latitudinem fructus extensis, (cf. vero sub n. 162). Pedicelli saepissime apice pedunculi umbellato-disposuiti, interdum vero in eadem planta inferiores jam remoti.

158. *C. nemophila* Cunn. ined.

Frutex parvus. Caulis (rami?) teres, pilis albidis substrigoso-pubescens, glanduloso-punctatus. Folia sparsa; stipulas non vidi; petiolus subplanus, crassiusculus, ut foliola utrinque glandulis parvis nigris verrucoso-punctatus, in setulam minutam persistentem productus, ultra-pollicaris; foliola supra medium petiolum affixa, bijuga, sessilia, angusto-linearia, acuta, mucronata, (in sicco marginibus subinvolutis) supra glabra, subtus ut petiolus pubescentia, crassiuscula, rigida, 1½″ lg., 1‴ lt. Glandula parva, acuta, immediate infra jugum infimum. Racemi axillares; pedunculus communis brevis, petioli circ. quartam partem aequans, ut caulis pubescens; pedicelli 3—5 subumbellato-dispositi aut inferiores infra apicem collocati, compressi, pubescentes, pedunculo longitudine subaequales; bracteae minutae, squamaeformes, ovatae, extus pubescentes. Sepala ovato-oblonga, subfimbriato-ciliata, membranacea, colorata, extus pubescentia, 2 exteriora minora angustiora, circ. 1‴ lg. Petala calycem multo superantia, inaequalia, ex obovato-oblonga, sub 4‴ lg. Stamina 10 fertilia: 9 superiora aequalia calycem parum superantia, 1 infimum magis corollam subaequans; staminum superiorum filamenta e tereti compressa glabra brevia; antherae basi affixae, angusto lineari-quadrangulares, apice vix attenuatae subtruncatae, glabrae, rima extremo apice tantum dehiscente inferne strato exteriore fisso interiore clauso glabra; stamen infimum filamento compresso plano et anthera longioribus. Ovarium lineare, compressum, basi in stipitem apice in stylum attenuatum, falcato-curvatum, glaberrimum. Legumen (immaturum) stipitatum, angustissimo-lineare, compressum, glaberrimum, circ. 12-spermum, 1½″ lg., 1‴ lt.

162. *C. Schultesii* Colla. (Hort. Rip. app. II. 343)

In Hrb. Kth. vidi specimen a cl. Lesson communicatum, quod differt caule majore ramoso pube adpressa hirto, pedunculis folia superantibus, legumine recto subglabro nitente, denique seminibus (in leg. immaturo) fere in longitudinem fructus extensis. Num species propria?

163. Nomen *C. Barrenfieldii* Colla ab ipso auctore in *Cassiam Fieldii* mutata est.

B. SPECIES BRASILIENSIS. (Num propriam sectionem format?)

Antheris quadrangulari-prismaticis; pedicellis bibracteolatis.

165. *C. ramiflora* m.

Arbor; rami teretes, cortice albido-cinerascente tecti, vetustiores et juniores inferne foliis orbati. Ex his racemi prorumpunt saepius multi approximati; pedunculus comm. patulus, angulato-compressus, dense ferrugineo-tomentosus, inde a basi plerumque (sub 12-) floriferus, 1—2″ long.; pedicelli compressi ut pedunculus tomentosi, a basi pedunculi apicem versus in corymbi modum decrescentes, inferiores subbipollicares, basi bractea minuta subpersistente stipati. Bracteolae 2 minutae alternantes infra calycem. Sepala oblonga, acuta, membranacea, puberulo-tomentosa, sub 2‴ lg. Petala obovato-oblonga, unguiculato-stipitata, inaequalia, extus pubescentia, calyce sub-triplo longiora. Stam. 10 aequalia, fertilia, calycem subaequantia; filamenta brevissima, compresso-plana; antherae basi affixae subcrasso quadrangulari-prismaticae, quadri-sulcatae, apice subtruncato in rima dehiscentes, pube densa minuta fusco-ferruginea tectae. Ovarium sessile, compressum, ex oblongo lineare, pube subflavo-aurea adpressa sericeum, in stylum vix angustiorem minus dense pubescentem subfalcato-curvatum corollam aequantem elongatum; stigma (perforatum) minute ciliatum. — Leg. in var. γ tantum vidi; ubi lato-lineare, compressissimo-planum, utrinque attenuatum, interdum subobovato-lineare, styli basi persistente firma apiculatum, elongatum, rigide coriaceum, extus prominenti reticulato-venosum, intus glaberrimum, laevissimum, marginibus plano (parum) incrassatum, bivalve dehiscens, epulposum, polyspermum, usque $^1/_2$′ longum, fere pollicem latum. Septa inter semina nulla. Funiculus squamaeformis, lato subtriangularis, vel apice rotundatus, circ. lineam longus. Semina circ. 8; immatura vidi minuta in latitudinem fructus extensa. — Folia apice ramulorum collocata approximata, glaberrima; petiolus e compresso semiteres supra canaliculatus, basi incrassatus, apice in setulam productus, $^1/_2$′ longus; foliola 6—7-juga (in forma typica) brevi-petiolulata, subelliptico-oblonga, obtuso-acuminata, rigide membranacea, 2—3″ lg., 1—1$^1/_2$″ lt. Glandula sessilis (magna) patellaria inter 1—4 paria inferiora; in var. β tantum inter inferius jugum vidi; in var. γ inter 1—3 juga, sed in hac semper petiolo impressam observavi non prominentem.

In hac specie petala abortiva saepe occurrunt parum difformia, ceteris minora, calycem subaequantia, extus multo magis pubescentia; idem in multis hujus generis speciebus invenitur, imprimis in sectione Chamaefistula ex. gr. in C. medica, nervosa, splendida, bijuga etc. ubi petala alias glabra tunc semper (saepe dense) pubescunt.

Sect. VII. LASIORHEGMA *Vgl.*

Antheris (structura) aequalibus quadrangulari-linearibus, apice in rima brevissime dehiscentibus; rima utroque latere indehiscente villoso-barbata. — Frutices suffrutices vel herbae.

Obs. Tota haec sectio insignita est structura genitalium et fructus simillima. Pedicelli bibracteolati. Filamenta brevissima; antherae tantum longitudine aut numeri differentia abortu facta diversae. Ovarium sessile compressum, lineare antheras subaequans; stylus plano-compressus suberectus apice curvatus; stigma minute ciliatum, nisi fortasse rarissime simplex; legumen subsessile aut sessile, compressum, ad semina plus minus torosum, styli basi apiculatum.

A. ABSUS *DC.* char. mut.

Floribus apice ramulorum et caulis racemoso dispositis, funiculo squamaeformi.

Obs. In parte priore hanc inflorescentiam terminalem vocavi, sed non bene; quia infl. termin. illa distincta est alias etiam inflor. centrifuga dicta.

166. *C. linearifolia* Don (S. G. B. 2. 446)

Fruticulus videtur 1—2-pedalis; caulis subteres, superne compresso-subangulatus, ut folia racemus et calyx glandulis parvis sessilibus nigris tectus, glutinosus. Petiolus subteres, supra canaliculatus, plerumque in setulam brevem elongatus, unguicularis; glandula petiolaris nulla; foliola 2 sessilia, elongata, linearia, utrinque attenuata, parum curvata, apice in mucronem firmum attenuata, subcoriacea, nervis utrinque parum prominentibus, 2″ lg., 2—3‴ lt. Racemi apice collocati, inferiores axillares, superiores in extremo caulis apice aphyllo: Pedunculus comm. subangulato-compressus, 2—3″ lg., 6—8-florus; pedicelli compressi, uncia breviores longiores, basi bractea minima lanceolata stipati, ultra medium bibracteolati; bracteolae alternantes, minutae, vix inter glandulas conspicuae. Sepala lato-oblonga, mucronato-acuminata (alabastra igitur apiculata) subaequilonga, exteriora (rigida) tota interiora (tenui membranacea) carina tantum glutinosa. Petala obovato-oblonga, calycem parum superantia, ultra $^1/_2$″ lg., inaequalia. Stam. **10** fertilia, aequalia, tertiam circ. corollae partem aequantia; filamenta antherarum quartam partem aequantia, semi-lineam longa, compresso-plana, crassiuscula; antherae basi affixae, angustae, lineari-quadrangulares, parum compressae, glanduloso-punctatae, rima utroque latere villo brevi albido contecta apice glabra subtruncata dehiscente. Ovarium sessile, compresso-planum, lineare, alatum, glandulosum, in stylum petala subaequantem attenuatum. Leg. (immaturum) sessile, compresso-planum, lineare, obliquum, marginibus subincrassatum, styli basi apiculatum, glabrum, glutinosum, glanduloso-punctatum, polyspermum, 1 ½″ lg.

167. *C. cotinifolia* Don. (l. c. p. 445)

Caulis frutescens, sub-2-pedalis, teres, simplex aut parum ramosus, glaber, paucis glandulis nigris parvis sessilibus adspersus, superne pruinosus. Stipulas non vidi. Petiolus subteres, basi parum dilatatus, in setulam minimam productus, pollicaris; foliola 2 brevissime petiolulata, orbiculata aut obovato-orbiculata, basi subobliqua subcordata, saepe inaequilatera, apice brevissime mucronulata, glaberrima, utrinque prominenti reticulato-venosa, coriacea, pollicaria et ultra. Racemi apice ramulorum et caulis aphyllo in inflorescentia ampla collocati; inferiores axillares; pedunculus teres, pilis subhirtis densis pubescens, viscosus; bractea brevi-lanceolata, 1‴ lg., sub anthesi persistens; pedicelli (inferiores) patuli, teretes, hirto-pubescentes et viscosi, circ. semipollicares, bibracteolati; bracteolae minutae, subulatae, supra medium petioli. Sepala lato-oblonga, obtusa vel obtusiuscula, extus pubescentia, tenui-membranacea, colorata, 4—5‴ lg. Petala calycem duplo superantia, obovata, sessilia, basi subcuneata, lutea. Ovarium sessile, erectum, compressum, oblongo-lineare, adpresse hirsutum attenuatum in stylum glabrum vix apice incrassatum; stigma minute ciliatum. Leg. ign.

168. *C. dentata* m.

Caulis frutescens, ramosus, teres, ut tota planta exceptis petalis glutinosus. Petiolus filiformis, basi parum incrassatus, in setulam (sub 3‴ longam) deciduam productus, 4″ lg.; stipulae subulatae, usque 3″ lg., denique deciduae; foliola 2 sessilia, inaequilatero-elliptica, latere interiore multo angustiora, intus falcata, mucronato-acuta, utrinque attenuata, dentato-crenata, rigide membranacea, glanduloso-punctata, nervis parum prominentibus, ultra 2″ longa, 6—9‴ lt. Flores apice caulis et ramorum subumbellato-dispositi; pedicelli approximati, compresso-filiformes, longissimi, usque 2″ longi, bibracteolati, basi bractea stipati. Bractea subulata subpersistens; bracteolae infra pedicelli apicem, alternantes, subulatae, minutae. Sepala oblonga, brevi subacuminata (unde alabastra brevi apiculata), membranacea, inferiora sublutea, exteriora glutinosa. Petala calycem parum superantia, ex obovato inaequalia, circ. 8‴ lg. Leg. subsessile, obliquum, lineare, stylo apiculatum, marginibus parum incrassatum, lignoso-coriaceum, glabrum, glutinosum et glanduloso-punctatum, septis transversis multiloculare, ultra 1½″ lg., 2‴ lt. Semina plerumque 5 obovato-oblonga, ovoidea, vix compressa, testa nigra nitenti.

176. *C. cuneifolia* m.

Caulis frutescens basi adscendens? teres, ut tota fere planta glandulis piliferis tectus; petiolus brevis ½″ lg. in setulam elongatus; foliola rigida, subtus glaucescenti-pallida, subinaequilatera, superiora majora ½″ lg. Alabastra obtusa. Flores magnitudine Cassiae Absus. Ovarium setoso-hirsutum. Leg. circ. 5-spermum.

177. *C. setosa* m.

Caulis frutescens, digitum crassus et rami petioli totaque inflorescentia setis longis basi pubescentibus subviscosis hispidissimi, insuper plerumque pubescentes et glandulis nigris punctati. Petiolus firmus, erecto patens, subteres, in setam angustiorem productus, 3—4″ lg. et ultra; foliola 2-juga petiolulata, supra medium petiolum collocata, ovatoellipticove oblonga, basi inaequalia, apice rotundata vel emarginata vel acuta, brevius longiusve mucronata, saepe rigide ciliata, subcoriacea, nervosa, 2—3″ lg., 1″ lt., inferiora saepius minora. Racemi elongati, apice ramulorum collocati, inflorescentiam paniculatam amplissimam efficiunt. Pedicelli patentes, pollicares et ultra, bracteolis 2 versus apicem alternantibus parvis subulatis; bractea iis simillima. Alabastra vix apiculata aut obtusa. Sepala acutiuscula membranacea extus pubescentia. Petala calycem parum superantia circ. 9‴ lg. Antherae apice setula coronatae, rima villo albido contexto multo longiore quam in affinibus barbata, non glanduloso-punctatae. Ovarium albido-hirsutum. Leg. septis obsoletis circ. 9-loculare; molliter hirsutum, 1½″ lg. et ultra.

178. *C. ochnacea* m.

Caulis frutescens, teres, glaber, hinc inde glanduloso-punctatus; ramuli compressi, striati; stipulae subulato-lineares, subpersistentes, 3‴ lg.; petiolus subteres, supra canaliculatus, in setam elongatus, circ. bipollicaris, infra foliola circ. ½″ lg. Foliola 2—3-juga, subsessilia, oblonga vel obovato-elliptica, apice subrotundata, mucronata, marginata, coriacea, reticulato venoso-nervosa, sub 2″ lg., 1″ lt., aequilonga. Flores non vidi. Racemi elongati, ampli; pedunculi teretes viscoso-pubescentes; pedicelli teretes ultra ½″ lg. Leg. obliquum, lato-lineare, minute pubescens, 1½″ lg., ½″ lt. Semina circ. 5 septis intercepta.

179. *C. punctata* m.

Caulis frutescens, simplex vel parum ramosus, teres, gracilis, glaber, glutinosus et glandulis sessilibus nigris tectus. Stipulae subulatae, subpersistentes, 2—4‴ lg. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, in setulam filiformem deciduam productus. Foliola 2—4-juga subsessilia, plerumque ex angusto-oblongo- vel obovato-elliptica, basi in petiolum brevissimum apice in mucronem firmum (sub 2''' longum) attenuata, coriacea, subtus ut petiolus glandulis nigris parvis subsessilibus punctata, utrinque glabra, nitentia, parum prominenti reticulato venoso-nervosa, linea marginali instructa, saepe a basi petioli apicem versus decrescentia, 2'' lg., 6—9'' lt. Racemi apice ramulorum subelongati, glutinosi, subpubescentes; bractea lineari-lanceolata, acuta, pedicellum circ. dimidium aequans; pedicelli patulo-erecti, circ. semipollicares (fructiferi parum elongati) bibracteolati; bracteolae a medio pedicelli alternantes, bracteae simillimae nisi parum minores. Sepala oblonga, glabra, tenui-membranacea, colorata: exteriora obtusiuscula, interiora acutiuscula (alabastra apice rotundata). Petala calyce parum vel duplo majora, obovato-oblonga. Antherae non glanduloso-punctatae, rima brevi villo barbata. Ovarium glutinosum puberulum. Legumen lineare, marginibus parum incrassatum, glabrum, glutinosum, glanduloso-punctatum; semina 5 septis (obsoletis?) intercepta. — Habitu valde ad anteriorem accedens.

180. *C. hedysaroïdes* m.

Caulis fruticosus valde ramosus, teres, glaber, glutinosus, glanduloso-punctatus; rami graciles subelongati, squamosi, apicem versus foliiferi. Folia sparsa, subremota; stipulas non vidi. Petiolus e tereti subcompressus, subpatens, 2—3'' lg.; foliola brevi-petiolulata 3—4-rarius 5- aut 2-juga, oblonga aut elliptico-oblonga, mucronata, supra subpallida subavenia aut paucis nervis glabra, subtus saepius nitenti-glutinosa nervis prominentibus glandulis sessilibus punctata, sub 1'' lg., ½'' lt. Racemi singuli, remoti, apice ramulorum terminalis saepius uno alterove axillari accedente, plerumque petiolum aequantes, circ. 6—8 flori. Bractea minuta subovata, subconcava, quam linea minor; pedicelli circ.

pollicares, a medio bibracteolati, bracteolis bracteam imitantibus. Sepala membranacea acuta, exteriora glutinosa; alabastra apiculata. Corolla calyce vix ne vix quidem major. Leg. subpollicare, glabrum, glutinosum. Specimina quoad flores valde manca.

181. *C. trachycarpa* m.

Caulis frutescens, teres, ramosus, glaber, rami abbreviati, teretes, setis densis viscosis hirsuti ut petiolus pedunculi et pedicelli. Stipulae subulato-lanceolatae, subpersistentes, 2‴ lg. Petiolus subteres, in setulam persistentem productus, circ. 1½″ lg. Foliola 4—5-juga brevissime petiolulata, oblonga vel subelliptica, basi obliqua, inaequilatera, subacuminata, longe mucronata, supra glabra, subtus pallida margineque brevi-setosa, membranacea, vix nervosa, subsemipollicaria, 2—3‴ lata, rarius inferiora superioribus parum minora. Flores apice ramulorum racemosi; pedicelli filiformes, erecto-patentes, approximati, inferiores subcorymboso-elongati, ½″ lg. et ultra, floribus subnutantibus. Bracteae stipulas imitantes, subpersistentes; bracteolae similes, minores, infra petioli apicem alternantes. Flores semipollicares; sepala acuminata tenui-membranacea, hirsuta, interiora colorata; alabastra apiculata. Petala calycem duplo non superantia obovato-oblonga. Antherae subglutinosae. Ovarium subhirsutum; stigma minutissime ciliatum. Leg. marginibus vix incrassatum, setis longis hispidis tectum, ad semina torulosum, pollicare. Semina 5 septis intercepta.

182. *C. bracteolata* m.

Frutescens. Rami teretes, viscosi, pilis patentibus viscosis hispidi. Stipulas non vidi. Petiolus teres, viscosus, pilis minoribus hispidus, circ. 3″ lg. Foliola 5—8-juga, brevi-petiolulata, lanceolato-oblonga, basi obliqua, inaequilatera, subfalcato-curvata, apice subobtusa, brevi-mucronata, utrinque glanduloso-viscosa; margine nervoque medio subtus pubescentia, subtus pallida, ½—1″ lg., 3‴ lt. Flores apice ramulorum racemosi, approximati; pedicelli viscoso-pubescentes, 1—3‴ lg. Bractea lata, ovato-oblonga, longe acuminata, concava; extus glanduloso-pubescens, tenui-membranacea, mox decidua. Bracteolae 2, bracteae simillimae, latiores, in alabastro totum calycem apiculatum arcte includentes, deinde deciduae. Sepala acuminata, glanduloso-pubescentia, membranacea. Petala calycem parum superantia, inaequalia, subsemipollicaria. Antherae non glanduloso-punctatae, saepius 5 ceteris sublongiores. Ovarium glanduloso-hirsutum; stylus puberulus. Leg. ignot.

183. *C. pachycalyx* m.

Caulis rami petioli inflorescentia et legumina glandulis piliferis viscoso-hirsuti, insuper pube minore plus minus pubescentes. Petiolus in setulam productus, circ. 3″ lg. Foliola plerumque 10—12-juga, rarius pauciora, brevi-petiolulata, ovali vel elliptico-oblonga, basi inaequalia, apice acuta vel rotundata vel retuso-emarginata, saepius mucronulata, imprimis subtus et margine glandulis pilos minutos gerentibus tecta, rigide membranacea, circ. unguicularia, subaequilonga. Stipulae subulatae, 1″ lg., deciduae. Flores plerumque in axillis foliorum summorum singuli *). Pedunculi compressi, petiolum plerumque dimidium aequantes, infra apicem bibracteolati; bracteolae subulatae, breves, circ. 1″ lg. Sepala interiora membranacea glabra, carina crassiore pilifera, exteriora acuta coriacea, glanduloso-hirta. Alabastra apiculata. Petala calycem dimidio superantia, ex obovato valde inaequalia. Stamina calyce breviora. Ovarium dense flavido-hirsutum; stylus pubescens. Leg. glandulis piliferis subhirsutum et pubescens, 5-loculare.

---

*) In specimine nuperrime examinato foliola summa plane jam in bracteas mutata erant nisi quod (semper?) basi stipulas 2 ipsis simillimas i. e. subulatas ostenderent: ut hic itaque racemus terminalis huic subsectioni proprius jam fere evolutus esset.

Obs. C. hirsuta *Vell.* fl. flum. IV. t. 80 veresimile ad hanc speciem pertinet; C. aprica *Vell.* l. l. t. 76 valde affinis est, nisi fortasse eadem.

184. *C. incana* m.

Caulis frutescens, ramosus, ramique setis densis basi pubescentibus eglandulosis ortis hispidi, insuper minute pubescentes. Stipulae subulatae, subpersistentes, 1 ½''' lg. Petiolus semiteres, supra canaliculatus, quam caulis multo minus hispidus, circ. 4-pollicaris, in setulam subpersistentem productus. Foliola 9—11-juga sessilia, oblonga vel ovali-oblonga, basi obliqua, apice mucronata, coriacea, supra subavenia nitentia, paucis setis adspersa, subtus incana, nervo medio prominente marginibusque magis setosa, sub 6''' lg., 3''' lt. Flores apice ramulorum multi racemosi; bractea subulata, 2—3''' lg., sub anthesi persistens; pedicelli teretes, patulo-erecti, ut caulis setosi, circ. semipollicares, infra apicem bibracteolati: bracteolae bracteae simillimae minores. Flores pedicellis aequilongi. Sepala exteriora acuta, interiora obtusa, membranacea, minute pubescentia. Alabastra subobtusa. Petala calycem fere duplo superantia. Ovarium hirsutum.

185. *C. debilis* m.

Planta frutescens, glabra, subglutinosa. Caulis ramique teretes, striati. Folia sparsa; stipulae minutissimae, subovatae, persistentes; petiolus erecto-patens vel adscendens, subfiliformi-teres, apice in setulam brevissimam persistentem productus, basi parum incrassatus, ibique glandula crassa depressa in longitudinem petioli extensa, oblongo-elliptica instructus, 4—5″ lg.; $^1/_2$ pollicem circ. supra basin sunt foliola 2 minutissima, squamaeformia, bracteis simillima, opposita. Foliolorum infimum par circ. 1—1$^1/_4$″ a basi remotum est: foliola 12—14-juga brevi-petiolulata, brevi-oblonga, apice rotundata aut retusa, avenia, membranacea, subtus vix pallidiora, circ. 3—4‴ lg., 1$^1/_2$—2‴ lt. Racemi apice ramulorum terminales et laterales, inferiores axillares: pedunculus comm. angulato-compressus, petiolum circ. dimidium aequans, adscendens, a medio (6—10-) floriferus; bractea basi pedicellorum minuta, ovata, squamaeformis, persistens; pedicelli subcompressi, patenti-erecti, circ. 9‴ lg. Bracteolae 2 parum infra petioli apicem minutae, ovatae, squamaeformes, basi connatae, persistentes. Flores in speciminib. nostr. non suppetunt, magnitudine circ. Cassiae Absus. Stam. 10: antherae e more sectionis, rima pube parva subrigida tecta. Leg. lineare, utrinque subattenuatum, styli basi apiculatum, marginibus parum incrassatum, glaberrimum, subglutinosum, nitidum, 5-spermum, septis obsoletis. Funiculus squamaeformis. Semina matura non vidi.

C. CHAMAECRISTA *Breyn.*

Floribus axillaribus et lateralibus; funiculo squamaeformi.

§. 1. XEROCALYX *Vgl.*

Calyce scarioso nervoso-striato.

191. *C. uniflora* Spr. (Neue Entd. I. 291)

Frutex aut suffrutex parvus. Radix valde ramosa. Plures caules e radicis collo nascuntur, basi decumbentes, hinc inde radicantes, apice adscendentes, ramosi teretes pubescentes aut subglabri, pedales et ultra aut minores. Rami cauli simillimi. Folia sparsa; stipulae lanceolatae, basi subcordatae ibique plerumque minute ciliatae, cauli adjacentes, glabrae, rigide membranaceae, nervoso-striatae, petiolo infra foliola sito longiores, 4''' lg., persistentes; petiolus subpatens, a latere compressus, supra canaliculatus, in setulam acutam persistentem productus, pubescens aut piloso-pubescens, 3''' lg., glandula sessili urceolata rotunda infra foliola instructus; foliola bijuga sessilia, in jugis opposita, obovato-oblonga, basi inaequalia, apice ex rotundato subacuta, brevissime mucronulata, glaberrima, rigide membranacea, nervis imprimis subtus prominentibus, sub 6''' lga., inferiora saepius superioribus parum aut dimidio minora. Pedunculus singulus in axilla foliorum superiorum, compressus, pubescens, petiolo plerumque pluries longior (1—1½'' lg.), uniflorus, infra florem bracteolis 2 ovatis aut oblongo-ovatis acutis glabris. Sepala interiora ovato vel oblongo lanceolata, acutiuscula, 4—5''' lg.; 2 exteriora subdimidio minora, apice plerumque rotundato-obtusa, abrupte acuminato-mucronata. Petala subobovata, basi plus minus cuneata, oblique unguiculata, calyce parum longiora aut breviora, inaequalia, summum ceteris latius. Stamina 10 fertilia, sepala minora subaequantia, filamentis brevissimis, antheris varie inaequalibus aut aequalibus, angusto lineari-quadrangularibus, compressis, rima utroque latere brevi villo barbata, apice subtruncato glabro dehiscentibus. Ovarium sessile, compressum, sublineare, pube adpressa albida hirsutum, stamina subaequans, in stylum glabrum compressum apice curvatum subattenuatum; stigma minute ciliatum. Leg. subsessile, lineare, obliquum, plano-compressum, marginibus incrassatum, apiculatum, ad semina torosum, coriaceo-lignosum, adpresso-pubescens. Semina circ. 10, septis transversis intercepta. — Immerito hanc speciem ipse auctor in syst. veg. 2. 341 ad C. gracilem *Kth.* revocat; magis imprimis var. δ ad C. pulchram accedit. Varietates indicatos quum habitu valde cum typo conveniant separare nolui.

192. *C. Langsdorfii* Kth. mss.

Fruticulus priori valde similis, imprimis diversus foliolis ciliatis. Caulis semper singulus e radice nascitur adscendens vel suberectus, ultrapedalis aut minor. Adsunt plura specimina, quae differunt caule et pedunculo uno tantum latere linea pubigera hirsutis. In Hrb. W. n. 7921 sub nomine C. nervosa specimen fructiferum ex Cayenna allatum adservatur, quod fortasse ad hanc vocandum est speciem, a qua tantum differt foliolis obovatis fere Cassiae diphyllae (at bijugis et ciliatis).

193. *C. borbonioïdes* m.

Caulis frutescens, erectus vel adscendens, teres, glaber ut tota planta excepto ovario. Stipulae cordato-lanceolatae, acutissimae, nervoso-striatae, rigide-membranaceae, apicem versus approximatae, una apice basin alterius tegente, persistentes, 6—10‴ lg. Petiolus a latere compressus, 3—4‴ lg.; glandula sessilis, urceolata, elongato-elliptica, medio circ. petiolo sita. Foliola bijuga, approximata, sessilia, ex elliptico angusto-oblonga, acuta, incrassato-marginata, basi inaequalia, interdum subcurvata, 2—4 nervis prominentibus striata; glaberrima, 9—10‴ lg., 2‴ lt. aequilonga aut inferiora parum minora. Pedunculus in axillis foliorum superiorum, compressus, apice subincrassatus, infra apicem bibracteolatus, pollicaris et ultra; bracteolae alternantes ex obovato lato-oblongae, circa pedunculum complicatae, subacutae, scarioso-membranaceae, persistentes. Sepala elliptico-lanceolata, interiora subacuminato-acuta, 7—8‴ lg.; exteriora dimidio breviora, subacuta. Petala sepalis interioribus minora, ex obovato inaequalia. Antherae 10 gradatim minores. Ovarium hirsutum; stylus glaber. Leg. substipitatum, lato-lineare, septis transversis circ. 12-loculare, ad semina subtorosum, adpresse pubescens, 1½—2″ lg., sub 4‴ lt.

194. *C. curvifolia* m.

Ramulum tantum vidi, insignem foliis minutis. Ramus teres, minute pubescens, apice ramosus; stipulae cordatae, acuminatae, subciliatae, nervoso-striatae, laevissime tomentosiusculae, subrigide membranaceae, persistentes, 1‴ lg.; petiolus quam stipulae brevior, glandula brevissime stipitata urceolata immediate infra foliola instructus. Foliola bijuga, valde approximata, sessilia: superiora subelliptico-oblonga, basi inaequalia, obliqua, latere exteriore convexa, apice acuta mucronata, supra avenia glaberrima, subtus tomentosiuscula prominenti-nervosa, 2—3‴ lg.: inferiora similia, parum aut dimidio minora, magis curvata, apice subuncinata. Pedunculus singulus, axillaris, floriferus brevissimus, fructiferus parum elongatus folia superans, teres, pubescens. Flores magnit. circ. Cassiae gracilis *Kth.* Sepala exteriora acutiuscula levissime tomentosa; interiora simillima subduplo longiora. Petala inaequalia; summum ceteris minus. Ovarium glabrum. Leg. glaberrimum.

195. *C. ramosa* m.

Frutex 1½′ et ultra. Radix valde ramosa. Caulis adscendens aut suberectus, mox in ramos plures partitus, teres, glaber; rami teretes, glabri aut subpiloso-pubescentes. Stipulae cordato-lanceolatae, basi subciliatae, subscarioso-membranaceae, nervoso-striatae, persistentes, 2‴ lg. Petiolus vix 1 linea longior, saepius duplici linea pilosus, infra foliola glandula stipitata instructus. Foliola bijuga sessilia, ex obovato angusto-oblonga, basi obliqua, apice ex rotundato subacuta, utrinque nervoso-striata, rigido membranacea, glaberrima, superiora 5—7‴ lg., inferiora saepius subdimidio breviora. Pedunculi singuli, compressi, bibracteolati, glaberrimi, 1—1½″ lg. Bracteolae oblongae, acutae, scarioso-membranaceae, nervoso-striatae, glabrae, persistentes.

Sepala interiora oblongo-lanceolata, acuminata, circ. 8‴ lg.; exteriora subovata, acuta, subdimidio breviora, glaberrima. Petala calycem vix superantia. Stamina quam sepala exteriora subbreviora, inaequalia. Ovarium margine pilis adpressis hirtum aut glabrum, stamina parum superans; stylus glaber. Leg. substipitatum, torulosum, glaberrimum.

196. *C. malacophylla* m.

Fruticulus 1—1½ pedalis. Caulis adscendens, mox in ramos plurimos divisus, subglaber; rami teretes, graciles, adscendentes, pilis patentibus molliter hirsuti. Stipulae oblongae, basi cordatae, acutiusculae, cauli adjacentes, membranaceae, subnervoso-striatae, utrinque molliter hirsutae aut tantum piloso-ciliatae, inferiores vix 2‴ lg., superiores majores (4‴ lg. et ultra). Petioli quam stipulae minores, hirsuti; glandula sessilis, urceolata, infra foliola; foliola 2-juga, brevi-obovata vel obovato-oblonga, obtusa, nervoso-striata, hirsuta aut tantum ciliata, membranacea, 3—4‴ lg., inferiora parum breviora. Pedunculi compressi, subglabri aut pilis patentibus hirsuti. Bracteolae parum infra flores alternantes, subovatae, acutiusculae, circ. 1‴ lg., plerumque glabrae. Sepala acuta; inferiora oblonga 4—5‴ lg., exteriora minora ovato-oblonga plerumque glaberrima rarius pilis singulis adspersa. Antherae inaequales, inferiores gradatim longiores. Ovarium hirsutum; stylus glaberrimus. Leg. ignotum.

197. *C. tecta* m.

Caulis frutescens, adscendens vel suberectus, saepe ramosus. Rami adscendentes vel adscendenti-erecti, piloso-pubescentes. Stipulae ovato-lanceolatae, basi cordatae, plerumque una apice basi superioris incumbente caulem tegentes, membranaceae, nervoso-striatae, superiores 4—5‴ lg. Glandula stipitata infra foliola. Foliola obovato-oblonga vel oblonga, basi obliqua, acutiuscula, mucronulata, utrinque piloso-pubescentia, rigide membranacea, semipollicaria et ultra, aequilonga. Pedunculi ut rami pilosi, infra apicem bracteolas oblongas acutas alternantes piloso-pubescentes consistentia foliolis simillimas gerentes. Sepala interiora ovato-lanceolata, acuminata, glaberrima, circ. 7‴ lg.; 2 exteriora minora acuta piloso-pubescentia. Petala calycem subaequantia, ex obovato inaequalia. Stamina et ovarium anterioris.

§. 2. CHAMAECRISTAE GENUINAE.

Calyce membranaceo.

200. *C. choryophylla* m.

Fruticulus circ. bipedalis, glaberrimus. Caulis erectus, e tereti subcompressus, levissime striatus, ramosus; rami cauli simillimi. Stipulas caducas non vidi. Petiolus semiteres, crassus, in setulam persistentem productus, fere 3‴ longus; glandula subplano-depressa aut subimpressa, magna, apice petioli parum dilatato, fere inter foliola. Foliola 2 sessilia, obovato-oblonga, inaequilatera, basi obliqua, apice rotundata, nervo medio excurrente brevi mucronata, coriacea, glaberrima, nervis utrinque prominentibus, circ. 2″ lg., 1″ lt. Ex foliorum axillis (summorum quoque) provenit pedicellus singulus pluresve, qui saepe communi insident pedunculo; basi pedicellorum geminae sunt bracteae ovatae, minutae, persistentes; pedicelli compressi, striati, 1—2″ lg.; immediate infra apicem bracteolae sunt 2 alternantes, minutae, subovatae, acutae, persistentes. Sepala lineari-oblonga, breviacuminata, tenui-membranacea, enervosa, 4—5‴ lg. glaberrima. Petala calycem parum superant ex oblongo inaequalia. Stamina 10 fertilia: antheris summa et 4—5 inferioribus ceteras parum superantibus. Ovarium sessile, lineari-compressum, pube minuta adpressa subsericeum; stylus compressus glaber. Leg. brevissime stipitatum, compresso-lineare, marginibus incrassatum, ad semina torulosum apiculatum, coriaceo-lignosum, glabrum, 7—8-spermum, circ. 2″ lg.

201. *C. basifolia* m.

19. *Chenopodium quinoa. C. leucospermum Schrad.* — Nostrum est certe genuinum *Chenopodium ..... vulgo Quinoa Feuillée Obs. ed. gm.* II. *p.* 19. *t.* 10. De seminum colore *Die Blume .... ist die erste Hülle eines kleinen weissen .... Saamenkorns.*"

19) *Cirsium sorocephalum.* C. (*Onotrophe*) glabrum v. sublanuginosum; caule erecto simplici; foliis subtus glabris superne strigosis: caulinis cordato-amplexicaulibus pinnatifidis spinosissimis; calathidiis oblongis aggregato-capitatis involucratis: squamis lanceolatis adpressis margine scabris spinula brevi recta terminatis. — Folia *C. strigosi*; calathidia 7, 9 ad 20 in apice caulis capitato-glomerata; interdum in foliorum axillis ramuli brevissimi adsunt calathidiis 3—5 terminati; corollulae albidae. Hab. in locis lapidosis montium Talüsch. ♂.

20) *Claytonia gypsophiloides.* C. annua, glauca; foliis radicalibus longissimis filiformibus, caulinis geminis (saepissime) uno latere connatis; racemis simplicibus ebracteatis; petalis sublinearibus emarginatis calyce triplo longioribus. — Multicaulis, 6—10 poll. alta; folia radicalia semipedalia vel longiora; flores pulchelli, illis Gypsophilae acutifoliae vel G. perfoliatae similes, rosei; capsula subtrisperma; semina atra, nitida, punctis impressis minutis notata. — Hab. in Nova California circa coloniam ruthenorum Ross. ⊙.

21) *Cnidium dahuricum. C. striatum Turcz. in litt.*; *Laserpitium dauricum Jacq. hort. Vindob.* III. *tab.* 38. Si-

mile *Ligustico ferulaceo All.*, sed fructus structura longe diversum.

22) ***Collinsia sparsiflora.*** C. diffusa; foliis omnibus oppositis; floribus solitariis; pedicello calyce sublongiore; capsula globosa. — Glabriuscula ramosissima, caulibus ramisque filiformibus; folia omnia, etiam summa, opposita, qua nota a reliquis speciebus hujus generis distincta; flores solitarii vel rarius oppositi, magnitudine inter *C. grandifloram* et *C. parvifloram* intermedii; corolla dilute violacea, laciniis lateralibus labii inferioris saturate purpurascentibus. Hab. circa coloniam ruthenorum Ross in Nova California. ⊙.

23) ***Conioselinum Czernaevia.*** C. foliis subtripinnatisectis: laciniis lanceolatis cartilagineo-serratis: serraturis mucronatis. *Czernaevia laevigata Turcz. Mss.* — Planta biennis habitu (praeter folia) *C. Fischeri*, setulis paucis saepe exasperata; folia fere Heraclei sibirici angustifolii; foliola plerumque lanceolata, interdum latiora oblonga, vel angustiora, semper inaequaliter argute mucronato-serrata; involucrum universale nullum, partialia oligophylla; flores albi; carpella structura *C. Fischeri*, minora tamen brevioraque elliptico-subovata, vittis crassioribus contiguis notata. — Hab. in Dahuria. ♂. Genus *Conioselinum* a *Selino* carpellorum alis inaequalibus et vittarum numero distinctum.

24) ***Cotoneaster Nummularia.*** C. foliis suborbiculatis subellipticisve obtusis retusis vel acutiusculis mucronulatis subtus calycibusque tomentosis; racemis paucifloris folio brevioribus; petalis patentibus; fructibus dipyrenis. — *C. tomentosa Meyer Enum. pl. cauc. casp.* No. 1527. (excl. syn.). Hab. in montibus Talüsch, in Iberia et in montibus Samamisicis. ♄.

25) ***Cousinia Hohenackeri.*** C. foliis subtus cauleque albo-tomentosis pinnatifidis vel subpinnatipartitis spinoso-dentatis, caulinis adnato-sessilibus; calathidiis (15—20-floris) solitariis ovatis arachnoideis: squamis subulatis (haud elonga-

tis) spinosis hamato-recurvatis, intimis chartaceis mucronatis; achaeniis margine dentato coronatis. — Species intermedia inter *C. hamulosam* et *C. volgensem*; a priore, quacum foliorum forma convenit, differt caule tomentoso, calathidiis minoribus et praesertim achaeniis minoribus margine dentato apice cinctis; a posteriore foliorum forma optime distincta. — Flores flavi; antherarum tubus roseus. — Hab. in locis aridis altiorum montium Talüsch. ♃.

26) *Cousinia Hystrix.* C. caule apice ramoso; foliis utrinque lanatis pinnatis pinnatifidisve spinoso-dentatis, caulinis decurrentibus; calathidiis (40—60-floris) solitariis ovato-globosis lanatis: squamis lanceolato-linearibus spinosis longissimis patentissimis reflexisve, intimis chartaceis mucronatis; achaeniis apice immarginatis. Flores purpurascentes. Hab. in locis herbidis altiorum montium Talüsch. ♃? ♁?

27) *Cryptantha glomerata Lehm.* (*Bernhardi in litt.*). C. foliis ovato-lanceolatis obtusiusculis; laciniis calycinis ovatis; carpellis obsolete tuberculatis sublaevibus. — Folia laete viridia, illis C. microcarpae latiora, vix triplo longiora quam lata; calycis laciniae 2 lin. longae, fere $1\frac{1}{2}$ lin. latae; carpella $1\frac{1}{2}$ lin. circiter longa, tuberculis minutis perpaucis adspersa, sublaevia. Hab. in Chile. ⊙.

C. microcarpa. C. foliis lanceolatis acutis; laciniis calycinis lineari-lanceolatis; carpellis tuberculis acutis exasperatis. — *Lithospermum clandestinum Trev.*; *Echinospermum cynoglossoides Hort.* (*non Lehm.*) — Proxima antecedenti speciei et saepe cum illa commixta, statura autem altiore gracilioreque, colore subglaucescente, foliis angustioribus longitudine latitudinem sextuplo octuplove superantibus, laciniis calycis fructiferi longe angustioribus (2 lin. longis, basi vix $^2/_3$ lin. latis) et carpellis minutis, vix $^2/_3$ lin. longis, tuberculis tectis numerosis acutis ab illa abunde diversa. Hab. in Chile. ⊙.

28) Ad *Delphinium Ajacis L.*, nec ad *D. Consolida L.*; neque ad *D. pubescens DC.* spectat *D. Consolida fl. graec. tab.* 504. Pariter *D. Consolida Engl. bot. tab.* 1839. aut *speciem distinctam* (an *D. ambiguum Mill.?*), aut potius *varietatem D. Ajacis* ramis pedunculisque magis patentibus existimamus; ad *D. Consolida L.* (conf. *fl. dan. tab.* 683. et *Clusii rarior. plantar. histor. p.* CCVII. s. *Delphin. vulgar. pleno flore*) haec britannica planta pertinere nequit.

29) *Diastrophis F.* et *M.* Calyx erectus, basi bigibbus. Petala aequalia, indivisa. Glandulae hypogynae valvariae 4. Filamenta libera, edentula. Silicula supra torum sessilis, dehiscens, bilocularis, disperma; valvulis navicularibus carinatis alatis. Semina solitaria, pendula, immarginata, laevia, resupinata! Cotyledones planae, indivisae, accumbentes. Radicula adscendens, dissepimento incumbens. Funiculi umbilicales subulati, basi dissipimento adnati. — Genus e *Thlaspidearum tribu* ab omnibus Cruciferis seminum situ distinctum; praeterea differt ab *Iberide* petalis aequalibus, a *Hutchinsia* silicula alata, a *Thlaspide* silicularum loculis monospermis, a *Lepidio* et ab *Aethionemate* seminum fabrica.

D. cristata. Fruticulus humilis distortus; folia sparsa, glaucescentia, oblonga, parva; racemi terminales, aphylli, densiflori; flores dilute rosei, magnitudine florum Alyssi maritimi; silicula Aethionem. cristati; semina Hutchinsiae, semper tamen resupinata, radicula enim dissepimento (non valvularum dorso) proxima. Hab. in montibus Armeniae rossicae, locis siccis. ♃♄.

30) *Echinospermum leiocarpum.* E. annuum, ramosum, diffusum, pilis erecto-patulis subincanum; foliis sublinearibus obtusis; racemis foliosis; calycibus fructiferis clausis; carpellis inermibus laevissimis. — Herba vix semipedalis; flores minuti, albi cum squamulis parvis flavis ad faucem; carpella laevissima, nitida, cinerascentia, non perforata,

hinc convexa, illinc plana et sulco longitudinali notata, quocum sulco carpella receptaculo filiformi affixa sunt. — Species ob calyces fructiferos clausos et ob carpella laevissima in genere quodammodo anomala, reliquis characteribus autem totoque habitu cum Echinospermis haud male congruit. — Hab. circa coloniam ruthenorum Ross in Nova California. ⊙.

31) *Echinospermum Szovitzianum.* E. annuum, pilis patentibus hirtum; foliis lineari-lanceolatis; racemis foliosis; calycibus obliquis fructiferis patentissimis pedicello patulo incrassato subbrevioribus; corollis calycis longitudine; carpellis disco lateribusque tuberculatis aculeisque glochidatis subdenis uniseriatis basi dilatatis saepeque connatis instructis. — Proximum atque simillimum *E. minimo*, aculeis paucioribus paulo brevioribus latioribus et basi saepe connatis haud aegre ab illo dignoscitur. — Hab. in Persia boreali ad margines agrorum. ⊙.

32) *Eucharidium F.* et *M.* Calycis tubus supra ovarium elongatus filiformis cum limbo 4-partito deciduus. Petala 4, unguiculata (trifida). Stamina 4! Stigma bilobum. Capsula 4-locularis, 4-valvis, dehiscens. Semina numerosa, in quovis loculo uniserialia, sursum imbricata, erecta, alato-marginata. — Genus insigne *Clarkiae* proximum. —

E. concinnum. Herba annua, habitu Clarkiae elegantis; folia ovata vel ovato-oblonga, integerrima, petiolata, sparsa, infima opposita; calyx rufescenti-purpureus, laciniis apice saepe cohaerentibus; petala 7—8 lin. longa, saturate rosea, maculis 2 saturatioribus, lineisque 3 albidis picta; antherae basi affixae; pollinis granula obtuse angulata, discreta, filis vix ullis; semina subovata, ala angusta tenui conniventc cincta. — Hab. in Nova California circà coloniam ruthenorum Ross. ⊙.

33) *Euphorbia dictyosperma.* E. exstipulata, annua, glaberrima; caule erectiusculo; verticillo triradiato, radiis elon-

gatis dichotomis; foliis serrulatis obtusis, caulinis inferioribus spathulato-obovatis, superioribus obovato-subcordatis; rameis subcordato-ovatis; calathidii appendicibus rotundatis; capsulae coccis distinctis verrucosis; seminibus subovatis reticulato-venosis. — Accedit haec species habitu ad *E. Peplum* et *E. Helioscopiam*, ab utraque vero notis indicatis diversa. Folia fere E. Helioscopiae; calathidia parva, appendicibus parvulis viridi-lutescentibus; capsula depressa, altitudine sua latior; coccis rotundatis, dorso verrucosis; semina ovato-subglobosa, fuscescentia, nitidula, venis prominulis tenuissimis reticulata. — Hab. in portu Bodega Novae Californiae. ☉.

34) *Eutoca Wrangeliana.* E. diffusa, pubescens; foliis ovatis acutis integerrimis; corollis calyce subduplo longioribus, stamina aequantibus; *placentis* 8—10-*ovulatis*. — Species in genere facile pulcherrima et satis, ut nobis videtur, distincta, ad *E. divaricatam Benth.* proxime accedit, sed caulis in nostra planta haud dichotomus, corolla calyce fere duplo longior et ovula in quavis placenta pauciora. Herba canescens, ramosissima, diffusa; folia plerumque integerrima, rarius dente uno alterove instructa; calyx vix $^2/_3$ partes corollae aequans, saepe corolla subduplo brevior; corolla ampla, diametro pollicari, coerulescenti-violascens, tenerrima, subhyalina, lobis suborbiculatis denticulatis. — Hab. circa coloniam Ross in Nova California. ☉.

35) *Hemisteptia Bge.* (*Vid. Dorpat. Jahrb. f. Litt. etc.* I. *p.* 221.). Calathidium multiflorum, homogamum. Periclinii squamae imbricatae, pluriseriatae (inermes). Flores omnes hermaphroditi, tubulosi, limbo 5-partito. Filamenta glabra. Antherarum caudae subpilosae. Achaenium oblongum, glaberrimum, striato-costatum; areola basilari *obliqua*. Pappus duplex: exterior dimidiatus e setulis brevissimis persistentibus; interior elongatus deciduus, setis paucis (10—15)

plumosis basi in annulum conferruminatis; Clinanthium subplanum, setosum. —

Genus e *tribu Carlinearum Cass.*, *Saussureae*, *Acanthiae* et *Aplotaxidi* proximum, pappi structura bene distinctum.

H. lyrata. Cirsium lyratum Bge. Enum. plant. in China etc. p. 36. *No.* 203. Planta habitu Jurineae, biennis, gracilis, inermis, mollis, subbipedalis; folia lyrata, interdum bipinnatifida vel indivisa, caulina sessilia, non decurrentia: calathidia magnitudine et forma illis Cirsii setosi subsimilia; flores rosei. — Hab. in China boreali. ♂.

36) *Hohenackeria F.* et *M.* Flores capitati, hermaphroditi, nullis paleis interstincti. Calycis dentes subulati, patentes. Petala subrotunda cum lacinula inflexa. Stylopodium cylindraceum, submarginatum. Styli brevissimi, subulati, reflexi. Cremocarpium laeve, a latere compressum, tetragono-pyriforme, rostro cylindraceo terminatum, bipartibile. Mericarpia apice gibba, spongioso-corticata, jugis 5 obtusis solidis notata; valleculis angustis evittatis. Albumen dorso tricostatum, facie planum. Carpophorum bipartibile, mericarpiis arcte adnatum. — Genus inter *Umbelliferas* e *Saniculearum tribu* fructibus cortice crassissima spongiosa vestitis rostroque cylindraceo in dentes 5 subulatos pungentes patentes excurrente facile distinctissimum; praeterea differt a *Sanicula* mericarpiis evittatis, nullis setis hamatis tectis; ab *Hacquetia* floribus omnibus fertilibus sessilibus, fructus forma et mericarpii jugis non perfossis; ab *Eryngio* fructibus non squamatis, a latere (non a dorso) compressis, palearum defectu aliisque notis; — ad *Hydrocotyleas*, e. g. ad *Bowlesiam*, *Fragosam*, *Azorellam*, quoque characteribus aliquot accedit, sed jam petalorum forma ab illis abunde distinctum.

H. bupleurifolia. Valerianella? exscapa De Cand. Prodr. IV. *p.* 625. — Planta pusilla, annua vel biennis, glabra, glaucescens, in globum quasi contracta; caules brevissimi simplices vel dichotomo-ramosi, decumbentes, foliosissimi; folia Bupleuri, elongata, serrulata; flores in ramorum dichotomiis et in foliorum axillis aggregato-capitati, sessiles; involucra et paleolae nullae; petala minuta albida; cremocarpia majuscula flavescentia. — Hab. in Somchetiae locis sabulosis circa urbem Gandscha, nec non in arvis prope pagum Helenendorff. ⊙♂.

Dedicavimus reverendissimo Domino *R. Fr. Hohenacker* scrutatori naturae indefesso atque peritissimo.

37) *Hymenocrater F.* et *M.* Calycis tubus brevis, 13-nervius; limbus maximus, membranaceus, patens, 5-fidus: lobis ovatis. Corollae tubus exsertus; limbus subbilabiatus: labio superiore bipartito; inferiore tripartito: lacinia intermedia majore emarginata. Stamina inclusa, didynama, sub labium superius adscendentia; antherarum loculi divaricati. Stigma bilabiatum. Carpella sicca, subovata, glabra, tuberculata. — Nostrum *Labiatarum* genus *Hymenocrater* *Holmskioldiae* et *Royleae* proximum est; a *priore* differt calycis limbo quinquefido, corollae labio superiore bipartito, nec non antherarum loculis divaricatis; a *posteriore* dignoscitur calycis limbo patente; corollae exsertae labio superiore bipartito et carpellis tuberculatis; a *Moluccella* corollarum forma diversum.

H. bituminosus. Fruticulus humilis glaber; folia quoad formam Nepetae pannonicae similia, viscidula, bitumen redolentia; cymae axillares, 5—7-florae, confertae, foliis floralibus oblongis subintegerrimis instructae; calycis limbus amplissimus membranaceus, faux villis clausa; corolla exserta, calyce longe angustior, violacea lineolisque albis picta; carpella atra, tuberculis parvis exasperata et basi foveola lata perfossa. Hab. in collibus aridissimis Persiae borealis. ♄.

38) *Iris sibirica γ.* (*I. sanguinea Don*, *I. haematophylla Fisch.* (non Link En.); *I. Nertschinskia Lodd. bot. cab. t.* 1843.), est varietas insignis foliis saepe sanguineo-coloratis et floribus speciosioribus. *I. haematophylla Link Enum. alt. h. Berolin.* I. *p.* 60. et *Ledebour fl. altaica* I. *p.* 58. est altera species, quae ab *I. biglumi Vahl Enum. pl.* II. *p.* 149. (*I. Pallasii Fisch.*, *I. longispatha bot. mag. t.* 2528.) plane non differt.

39) *Lepidium micranthum* (*Ledeb. Icon. plant. altaic.* I. *p.* 22. *tab.* 92. *L. incisum M. B. fl. taur. cauc.* II. *p.* 98. (excl. syn. Roth.), *Ledeb. fl. altaic.* III. *p.* 193. (excl. syn., praeter Marschall.), *L. densiflorum Schrad.*) a *L. inciso Roth* sane diversissimum. Genuina specimina plantae Rothianae in phytophylacio olim Mertensiano adsunt, quae nentiquam differunt ab illa planta in Schkuhr Handb. s. n. L. Iberidis delineata. Pertinet ergo L. incisum Roth ad L. virginicum Auctor. recentior. (num et Linnaei adhuc quaerere licet).

40) *Londesia F.* et *M.* Flores (abortu) monoici, ebracteati. *Mas*: Calyx 5-dentatus, inappendiculatus. Stamina 5 (interdum 4, 3, 2) receptaculo inserta. Squamae hypogynae nullae. Ovarii rudimentum. *Foem.*: Calyx maris. Stamina nulla. Stigmata (2, 3) elongata. Ovarium depressum. Semen horizontale albuminosum calyce villosissimo obtectum et cum illo arcte concretum. Corculum periphericum.

L. eriantha. Chenopodiacea annua, ramosa, habitu Kochiae eriophorae; folia sparsa, sessilia, oblonga, acuta, integerrima, membranacea, villis albis adspersa; ramuli floriferi, in foliorum axillis siti, brevissimi, florum capitulo piloso-villosissimo foliis involucrato terminati; flores in foliorum floralium axillis sessiles, solitarii, parvi; semen parvum suborbiculatum, integumentis tenuissimis tectum. — Hab. in litore orientali maris Caspii. ⊙.

Genus dicatum in memoriam *Gul. Londes*, florulae Goettingensis auctoris, viri de cognitione florae ruthenicae bene meriti.

41) *Lotus Wrangelianus*. L. annuus, diffusus, pilosus subglaber; foliis quadrifoliolatis; foliolis oblongis subglaucis; pedunculis axillaribus brevissimis unifloris ebracteatis; leguminibus pubescentibus. — *L. subpinnato* proximus, at pube rariore incumbente adspersus et legumina pubescentia; a *L.* (*Hosackia*) *parvifloro* dignoscitur pedunculis ebracteatis aliisque notis. — Herba annua, tenuissima, habitu L. subpinnati; flores parvi flavi; legumina semipollicaria teretiuscula, seminibus 5—7 subtetragonis laevibus griseis foeta. — Hab. in portu Bodega Novae Californiae, prope coloniam ruthenorum Ross. ⊙.

Obs. Folia in omnibus Loti speciebus non ternata sed certe pinnata sunt; foliola enim infima (ab auctoribus male cum stipulis commutata), cum petiolo articulata, pro stipulis haberi non possunt. Caeterum stipulae verae, licet plerumque minutae et cito marcescentes, in ima petiolorum basi semper adsunt.

42) *Lupinus arboreus β odoratissimus*. A *L. arboreo Bot. mag. t.* 682. non differt, nisi floribus odoratissimis. Folia in planta spontanea sericea, in planta culta subglabra. Huc omnino spectat *L. sericeus Eschsch. in Mémoires de l'Acad. Imp. des Sc. de St. Pétersb. t.* X. *p.* 289.; contra *L. sericeus Hooker in Beechey p.* 138. potius ad *L. Chamissonis Eschsch.* pertinet.

43) *Macrorhynchus pterocarpus*. M. achaeniis rostro subbrevioribus subcompressis alato-costatis. — *Taraxacum caulescens Moris Enum. sem. h. b. Taurinensis* 1831. et in *Mem. della Acad. d. Sc. di Torino Tom.* XXXVII. *p.* 108. *tab.* XXIV. Achaenia 2½ lin. longa, in rostrum longissimum atque tenuissimum attenuata costisque 10 alatis serrulatis insignita. Variat foliis runcinatis vel subintegris. ⊙.

M. laevigatus. M. achaeniis rostro sublongioribus teretiusculis subangulatis. Antecedenti speciei habitu, indumento, foliis (nunc indivisis, nunc runcinatis), calathidiis et floribus omnino similis, achaeniis tamen longioribus (5—6 lin. longis), sensim in rostrum attenuatis, apteris, cylindraceis vel costis obsoletis obtusissimis instructis abunde distinctus. — Hab. cum praecedente in regno chilense. ⊙.

Obs. Quid sit *M. chilensis Less.*, num prima nostra species? an altera? an neutra? adhuc ignoramus.

44) *Melilotus gracilis* DC., *M. neapolitana Ten.*, *M. globulosa Stev.*, *Trifolium spicatum fl. graec.* Comparavimus specimina gallica, italica et iberica cum icone Tr. spicati, in flora graeca nitidissime expressa, quae omnes inter se conveniunt. Legumina puberula, rugosa, etiam in planta gallica monosperma.

45) *Melilotus italica. M. rotundifolia Ten.* haud differt. Legumina nunc mono-, nunc disperma, saepe in uno eodemque racemo.

46) *Micropus erectus Linn.* M. squamis fructiferis compresso-navicularibus laevibus antice gibbis, rima semicirculari.

M. californicus. M. squamis fructiferis compresso-navicularibus laevibus antice rectilineis. — Planta annua *M. erecto* prorsus similis; calathidia lanugine rariore brevioreque vestita; squamae fructiferae (i. e. achaenia includentes) forma fere squamarum periclinii Sclerocarpi africani, naviculares compressae, dorso gibbae, antice rectilineae et apiculo mucroniformi recto terminatae (in *M. erecto* hae squamae, quoad formam, cassidi Aconiti Napelli sat similes sunt). Hab. circa coloniam ruthenorum Ross in portu Bodega Novae Californiae. ⊙.

47) *Myosotis californica.* M. annua, strigosa, ramosissima, procumbens; foliis linearibus acutis ciliatis; racemis

elongatis basi foliosis; pedicellis brevissimis; calycibus corolla sublongioribus, fructiferis patentibus; carpellis rugosis. — Caules setulis adpressis scabri; folia pilis patentibus ciliata; calyces setis simplicibus rectis patentissimis hispidi; corolla calyce subbrevior, alba cum glandulis 10 flavis ad faucem, laciniis limbi rotundatis haud emarginatis. — *M. Chorisianae Cham.* proxima, sed floribus subsessilibus diversa. Hab. in Nova California circa coloniam Ross. ⊙.

48) *Nemophila atomaria.* N. foliis oppositis pinnatifidis: lobis (5—9) subintegerrimis; pedunculis axillaribus elongatis; corollae rotatae fundo pilosissimae laciniis obovatis; placentis subdecemovulatis; seminibus strophiolatis laevibus. — Simillima *N. insigni*, sed diversa herba laete virente, floribus albis punctis innumeris atroviolaceis ornatis, laciniis corollae in fundo pilosissimae suborbiculato-obovatis, seminibus denique flavescentibus, squamulis minutis (ut in N. insigni) adspersis, haud tamen verrucosis; a *N. parviflora Dougl.* et *N. pedunculata Dougl.* facile dignoscitur corollis longe majoribus (diametro fere pollicari), tubo vix ullo, seminibus numerosioribus aliisque notis. Hab. cum sequente circa coloniam Ross in Nova California. ⊙.

N. insignis. N. foliis oppositis pinnatifidis: lobis (5—9) subintegerrimis; pedunculis axillaribus elongatis; corolae rotatae fundo pilosae lobis ovatis; placentis subdecemovulatis; seminibus strophiolatis verrucosis. — *N. insignis Benth. Revis. Hydrophyll.* No. 5. (excl. syn.), *Botan. reg. t.* 1713. — Herba atrovirens; corolla coerulea punctis paucis nigricantibus adspersa; semina fuscescentia tuberculis majusculis tecta, caruncula conica albida cellulosa apiculata. Flores priores plerumque steriles.

49) *Nicotiana alata.* Ab hac non differunt *N. brasiliensis H. Berol.*, *N. decurrens Agh.* (saltem illa planta, quae in hortis hoc sub nomine occurrit) et *N. persica Lindl.*

50) *Nonea picta.* N. (*heterotricha*) annua, diffusa, glanduloso-pubescens setulisque rigidis hispida; foliis lanceolatis acutis subdentatis, caulinis sessilibus; tubo corollae calycem aequante limboque campanulato vix longiore; carpellis glabris depressis altitudine latioribus basi plicato-crenatis. *Anchusa picta MB.*

N. sordida. N. (*heterotricha*) annua, diffusa, glanduloso-pubescens setulisque rigidis hispida; foliis lanceolatis acutis subdentatis, caulinis sessilibus; tubo corollae calyce breviore limboque campanulato vix longiore; carpellis pubescentibus depressis altitudine latioribus basi subplicatis integris. — *N. pictae* proxima, sed notis indicatis satis diversa. Corolla sordide flavescenti-rosea. — Hab. in litore orientali maris Caspii. ⊙.

51) *Oenothera Linn.* Calycis tubus supra ovarium articulatus, (plerumque) elongatus, filiformis, cum limbo 4-partito deciduus. Petala 4, sessilia (indivisa). Stamina 8. Stigma 4-fidum. Capsula 4-locularis, 4-valvis, dehiscens. Semina numerosa, in quovis loculo biseriata (in unica *O. concinna* uniseriata) horizontalia, erecta, aptera, nuda. — Herbae annuae, biennes, perennes, rarissime suffrutices, caulescentes, rarissime subacaules, pube simplici saepe adspersae, foliosae; folia sparsa, sessilia vel in petiolum attenuata, integra, dentata, vel laciniata; flores axillares solitarii, plerumque sessiles, flavi (deflorati rufescentes), albi, rosei, purpurei et violacei, saepe nocturni.

Sect. I. *Oenotherium.* Antherae elongatae, lineares, incumbentes. Pollinia angulis prominulis notata, filis elongatis intertexta. Stigmata filiformia, patentia. Capsula obovata, clavata, 4-angula vel saepe 4-alata. Semina oblonga, saepe angulata, horizontalia vel suberecta, saepe inordinate cumulata. Flores flavi, rarius albi, rarissime rosei.

O. acaulis Cav; ab hac *O. taraxacifolia Hortor.* et *Sweet* haud differt.

O. tetraptera Cav.

O. rosea Ait.

O. macrocarpa Pursh.

O. triloba Bart. O. rhizocarpa Spr.

O. fruticosa Linn.

O. glauca Mich.

O. ambigua Nutt.

O. Fraseri Pursh. O. tetragona Roth, O. mollis Goldie.

O. gracilis Schrad. An ab *O. riparia Nutt.* satis diversa?

O. pumila Linn.

Sect. II. *Allochroa.* Antherae, Pollinia et Stigmata ut in sect. I. Capsula cylindracea vel apice incrassata, haud sulcata. Semina horizontalia, sursum imbricata, oblonga, vix angulata. Flores flavi, deflorati rufescentes.

O. odorata Jacq.

O. villosa Thb.

O. mollissima Linn.

O. nocturna Jacq.

O. sinuata Linn.

O. stricta Ledeb. (non *striata*); *O. mutabilis H. Paris.*

O. chilensis H. Paris. Inter praecedentem, cui habitu et foliis accedit, et sequentem, quacum tubo florum elongato convenit, media; tota pilis mollibus tecta.

O. longiflora Jacq.

Sect. III. *Onagra.* Antherae, Pollinia et Stigmata ut in sect. I. Capsula cylindracea, basin versus saepe incrassata, plerumque sulcata. Semina horizontalia, angulata. Flores flavi.

O. grandiflora Ait. et var. *β. O. spectabilis Hornem.*

O. biennis Linn. cum var. *β. O. gauroides Hornem.*

O. muricata Linn.
O. salicifolia Desf.
O. parviflora Linn.
O. cruciata Nutt.

Sect. IV. *Rhodanthos.* Antherae lineares, basi affixae, erectae. Pollinia obtuse angulata, filis brevibus aucta, subdiscreta. Stigmata saepe brevia, recurvata. Capsula oblongo-cylindracea, saepe sulcata. Semina horizontalia, imbricata, angulata. Flores rosei, purpurei, violacei.

O. roseo-alba Bernh.
O. Lindleyana Dougl.
O. purpurea Curt.
O. Romanzovii Ledeb.
O. decumbens Dougl.
O. tenella Cav.
O. viminea Dougl.
O. quadrivulnera Dougl.

Sect. V. *Pachydium.* Antherae subovatae, medio affixae. Pollinia ut in sect. IV. Stigmata brevia patentia, saepe lobo uno alterove deficiente. Capsula subovata, haud sulcata. Semina ovata, compressa, erecta, placentae crassae semi-immersa. Flores Epilobii, purpurascentes.

O. densiflora Lindl.

Sect. VI. *Dictyopetalum.* Antherae et Pollinia ut in sect. V. Stigmata brevia recurvata. Capsula oblonga, apice quadrangula asperma. Semina oblonga, erecta, uniseriata! Flores rosei, venis reticulatis picti. An genus distinctum?

O. concinna Don.

52) ***Panderia*** ***F.*** et ***M.*** Flores hermaphroditi (v. polygami), ebracteati. Calyx 5-dentatus, demum dorso transverse appendiculatus. Squamulae hypogynae nullae. Stigmata 2, basi concreta. Utriculus compressus, membranaceus. Semen

verticale, albuminosum, integumentis membranaceis; corculo peripherico; radicula descendente.

Chenopodiacea e *Chenopodearum tribu*, inter *Kochiam* et *Camforosma* media; habitu et characteribus haud paucis cum *Kochia* congruit, sed seminum directione ab illa differt; notis aliquot ad *Camforosma* accedit, neque habitu a *C. ovata* longe distat, calycis fabrica autem diversissima.

P. pilosa. Herba annua, pilosa, habitu *Kochiae sedoidis*; folia sparsa, linearia, vel lineari-lanceolata, membranacea; flores in foliorum axillis sessiles, 2, 3, 4 parvi, fructiferi alis 5 parvis aucti; semen parvum, pelliculis tenuissimis tectum. — Hab. in montibus Talüsch, circa pagos, in ruderatis locisque incultis. ⊙.

Dedicavimus hoc genus in memoriam viri celeberrimi *C. H. Pander*, scrutatoris naturae felicissimi.

53) *Plagiobothrys F.* et *M.* Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis, fauce plicis 5 intrusis clausa. Stamina inclusa. Stylus indivisus. Stigma capitatum, bilobum. Carpella 4 distincta, subovata, unilocularia, areola insertionis laterali perforata. Receptaculum elevatum, hemisphaericum. —

Genus bene distinctum; a *Lithospermo* differt carpellis perforatis et receptaculo elevato; ab *Anchusa* et *Myosotide* areola insertionis laterali, nec non receptaculo elevato; a *Cynoglosso* et *Echinospermo* carpellis perforatis.

P. rufescens. Herba annua, facie *Lithospermi arvensis*, pilis simplicibus patentibus hirta; folia sparsa, sublinearia, obtusiuscula; racemi terminales, conjugati, subaphylli; flores subsessiles, erecti; calyx pilis rufis tectus, fructifer connivens; corolla alba; carpella quoad formam illis Echii subsimilia, rugosa, tuberculata, areola laterali circulari notata; cotyledones planae, suborbiculatae, indivisae. — *Hab.* in Chile. ⊙.

54) ***Plantago Lessingii.*** P. acaulis, annua, pilosa; foliis sublinearibus subtrinerviis integerrimis longitudine scapi teretis; spica densa pilosissima capitata vel subovata; bracteis sublinearibus obtusiusculis longitudine calycis; sepalis distinctis aequalibus ovatis subobtusis latissime hyalino-marginatis; tubo corollae glabro, laciniis limbi sublinearibus acutis ciliolatis, capsula biloculari disperma; seminibus (magnis) laevibus. — *P. minima Lessing. in litt.* (*non DC.*). — A simillima *P. minuta Pall.* sepalis bracteisque pilosissimis satis distincta; a *P. Bellardi* dignoscitur foliis angustioribus brevioribusque, bracteis brevioribus haud caudato-acuminatis, sepalis margine albo latissimo cinctis carina prominula viridi notatis, sed non acuminatis, et imprimis seminibus multo majoribus 1½ lin. longis ovato-lanceolatis rufis laevissimis, quae in illa minuta sunt, vix ½ lin. longa, elliptica grisea tuberculata; a *P. cretica* nostra planta differt foliis angustis, sepalis (praeter carinam) tenuissimis hyalinis, laciniis limbi corollae angustis non mucronato-acuminatis aliisque notis. — Hab. versus lacum salsum Indersk, nec non in Mongolia chinensi, locis arenosis siccis. ⊙.

55) ***Platystemon leiocarpum.*** P. ovariis fructibusque glaberrimis. — A simillimo *P. californico Benth.* differt ovariis glaberrimis, nullo modo hispidis, nec non floribus ochroleucis. — Hab. circa coloniam ruthenorum Ross in Nova California. ⊙.

56) ***Platystigma lineare.*** Nostra planta, e seminibus enata circa coloniam Ross in Nova California lectis, filamenta habet dilatata, lineari-oblonga, et petala bicolora, exteriora tria aurea cum litura transversali alba, interiora tria alba, ungue flavo; — ceterum cum descriptione *P. linearis* a Benthamio data haud male congruit.

57) ***Plectritis congesta*** (*DC. Prodr.* IV. *p.* 631). P. staminibus corolla longioribus.

P. brachystemon. P. staminibus longitudine corollae. — Omnibus partibus *P. congestae* similis, praeter flores quadruplo minores albos et stamina non exserta. Hab. in portu Bodega Novae Californiae. ⊙.

58) *Podolepis gracilis Grah. Stylolepis gracilis Lehm. Ind. sem. h. Hamburg.* 1828 et *Linnaea* V. *p.* 385. *P. rugatae Labill.* peraffinis et vix diversa, nisi ligulis radii longioribus obtuse bi-tridentatis (non 2—4-fidis). *Scalia Sims* (*bot. mag. t.* 956.) a *Podolepide Labill.* differt exacte ut *Centaurea* a *Zoegea*, i. e. flosculis radii infundibuliformibus, qui in *Podolepide* ligulati sunt. *Vireya Cass.* (*Freycinet Voy., botan.* I. *t.* 89.) flosculorum et fructuum structura a *Podolepide* valde differt.

59) *Pterostegia F.* et *M.* Flores hermaphroditi (interdum pogami?) involucro diphyllo, fructifero ampliato dorsoque cristato obtecti. Calyx 6- (interdum 5-) partitus, herbaceus, persistens. Corolla nulla. Stamina 6 (vel 5). Styli 3, brevissimi. Stigmata capitata. Caryopsis triquetra. Semen albuminosum. Embryo axilis, inversus; radicula supera.

P. drymarioides. Planta annua e *Polygonacearum* familia, habitu Drymariae simillima, ramosissima, prostrata, pilis minutis simplicibus adspersa, subglabra; rami elongati, filiformes, subdichotomi; folia omnia opposita!, obovato-spathulata, subreniformia vel suborbiculata, in petiolum attenuata, integerrima v. apice emarginata; ochreae nullae! flores axillares, subsessiles, minuti; involucri phylla duo, initio parva, fructifera ampliata, membranacea, reticulatovenosa, inaequilatera dorsoque cristato-alata, caryopsin arcte includentia; caryopsis calyce major, acuta, laevis, structura ut in Koenigia. — Hab. in portu Bodega Novae Californiae. ⊙.

60) *Pyrethrum decipiens.* P. perenne, glabrum; caule erecto apice corymboso-ramoso; foliis supradecompositis: laciniis setaceis mucronatis; periclinii squamis scarioso-margi-

natis; flosculis *radii disco brevioribus*; pappo lobato; clinanthio conico. — A simillimo *Chrysanthemo disciformi* facile dignoscitur achaeniis transverse corrugatis disco epigyno magno pappoque coronatis (in illo achaenia laevia, apice calva, nec disco dilatato neque pappo coronata sunt); a *P. inodoro* differt calathidiis minoribus, flosculis radii brevissimis aliisque notis. — Hab. in Persiae borealis provincia Aderbeidschan, nec non in Natolia. ♃.

61) *Satureja mutica.* S. (sect. I.) pubescenti-cana; caulibus erectis ramosissimis basi fruticulosis, ramis virgatis; foliis oblongis sublinearibus; cymis axillaribus paucifloris; bracteolis linearibus calyce multo brevioribus; calycis bilabiati lobis sublinearibus muticis, inferioribus binis longioribus. — Affinis *S. montanae*, sed laciniis calycinis muticis quasi obtusatis ab illa distincta; a *S. intermedia* differt caule elato erecto, foliis angustioribus distantibus, bracteolis minutis, lobis calycinis brevioribus aliisque notis. — Hab. in locis lapidosis aridis montium Talüsch. ♃♄.

62) *Sphaerostigma Seringe.* Calycis tubus supra ovarium vix productus; limbus 4-partitus, deciduus. Petala 4 sessilia (indivisa). Stamina 8. Stigma globosum indivisum. Capsula 4-locularis, 4-valvis, dehiscens. Semina numerosa, in quovis loculo uniserialia, erecta, aptera, nuda. — Herbae annuae, habitu Epilobii, glabrae vel pube simplici obtectae, ramosae, diffusae; rami apicibus saepe recurvati; folia sparsa (infima saepe opposita), sessilia vel in petiolum attenuata, indivisa; flores axillares, solitarii, sessiles, parvi, flavi; stamina alterna breviora; antherae subglobosae, basi affixae; pollinia obtuse angulata, filis brevibus intermixta; capsulae sessiles, elongatae, saepe curvatae vel tortae; semina minuta, oblonga, non angulata.

S. Chamissonis. S. pube glandulosa adspersum, subglabrum; foliis sublinearibus utrinque attenuatis dentatis; petalis ovato-orbiculatis; capsula elongata filiformi recta vel subincurva. — *Oenothera Chamissonis Link Enum. alt. h. Berol.* I. *p.* 378.; *O. dentata Lindley Collect. bot. tab.* 10. (*excl. syn. Cavan.*), *Ruiz et Pav. Fl. Per.* III. *p.* 81. *t.* 317. (*excl. syn. Cavan.*) *Hooker in Beechey p.* 23. (*excl. syn. O. micranth. et hirtae*), *Hooker bot. misc.* III. *p.* 310.; *Onosuris Chamissonis DC. Prodr.* III. *p.* 64. — Petala 2 lin. longa vel paulo longiora, vix angustiora; stylus petalis brevior semina $^2/_5$ lin. longa. Hab. in Chile. ⊙.

S. strigulosum. S. setulis minutis incumbentibus adspersum, subglabrum; foliis sublinearibus utrinque attenuatis dentatis; petalis ovato-orbiculatis; capsula elongata filiformi recta vel incurva. — Praecedenti simillimum, at diversum indumenti indole, nec non floribus et seminibus minoribus. — Petala linea vix longiora; stylus petalis brevior; capsula pergracilis; semina minuta, vix $^1/_5$ lin. longa. — Hab. in Nova California. ⊙.

S. minutiflorum. S. pube glandulosa patente adspersum; foliis angustissimis integerrimis; petalis oblongis; capsulis elongatis filiformibus (saepissime) tortis. An *Oenoth. contorta Dougl. Hooker fl. bor. amer.* I. *p.* 214.? — Species bene distincta, etiamsi toto habitu binis antecedentibus simillima. Folia angustissima capsulis plerumque haud latiora, $^1/_2$ lin. lata vel saepe angustiora, vix latiora, pollicem circiter longa, integerrima; flores minimi, petalis linea sublongioribus, vix $^1/_2$ lin. latis; stylus petalis brevior; capsulae gracillimae torulosae, plerumque contortae, rarius rectae; semina minuta praecedentis. — Hab. in Chile. ⊙.

S. hirtum. Oenoth. hirta Link. Enum. l. c. p. 378.; *O. micrantha Hornem. Spr. Syst. veg.* II. *p.* 228.

S. cheiranthifolium. O. cheiranthifolia Hornem. DC. Prodr. III. *p.* 46.

β. capsulis saepius tortis. *Oenoth. viridescens Hooker fl. bor. amer.* I. *p.* 214.

S. spirale F. et *M. Oenothera spiralis Hooker l. c. p.* 213.

63) Quatuor species *Thysanocarpi* generis, quae nunc sub oculis sunt, sequenti modo definiri possunt.

Th. curvipes Hook. (*flor. bor. Americ.* I. *p.* 69. *tab.* XVIII. *fig. A.*). Th. petalis calyce brevioribus; siliculis glaberrimis ala integra (vel foraminibus exiguis pertusa) cinctis apice emarginatis styloque vix exserto terminatis.

Th. pulchellus. Th. petalis calyce longioribus; siliculis glaberrimis ala integra (non pertusa) cinctis apice subtruncatis styloque longe exserto terminatis. — Antecedenti speciei simillima, notis indicatis tamen satis distincta. Petala albida vel violascentia, parvula, calyce tamen fermo longiora. — Hab. circa coloniam ruthenorum Ross. ⊙.

Th. elegans F. et *M.* Th. petalis calyce longioribus; siliculis glaberrimis ala foraminosa cinctis apice truncatis styloque exserto terminatis. — A *Th. pulchello*, quocum crescit et cui ceterum persimilis est, silicularum ala foraminibus numerosis latis uniseriatis pertusa facile dignoscitur.

Quarta species hujus generis, a celeb. Deppe in California detecta, a nostro *Th. elegante* differt siliculis villosis apice emarginatis styloque vix exserto terminatis.

64) *Trichophyllum lanatum Nutt. Eriophyllum caespitosum Dougl. Lindley* in *Bot. mag. tab.* 1167. Periclinium certe non monophyllum, sed e phyllis 12 circiter arcte conniventibus lanaque involutis compositum; ergo genus *Phialis Spr.* (*Genera plantar. p.* 631.), utpote supervacaneum, delendum est.

65) *Trifolium. Subgenus Perisaema F. et M.* Calyx 4-partitus: lacinia infima minima, summa maxima bifida. Vexillum latissimum, mucronatum, alas carinam et genitalia

amplectens. Alae carinae adnatae. Stylus lateralis. Legumen subtrapezoideum: sutura superiore incrassata dehiscente.

T. oxypetalum. T. perenne (?) subglabrum; caulibus erectiusculis; stipulis oblongis acutis subdentatis; foliolis obovatis oblongisve denticulatis basi cuneatis; pedunculis folio multo longioribus; floribus umbellatis nutantibus; laciniis calycinis inaequalibus linearibus muticis corolla paulo brevioribus; vexillo alisque mucronatis; leguminibus subtrispermis. — Species distinctissima, nisi eadem cum *T. caroliniano*; stipulis non bifidis, leguminibus glabris aliisque notis differre videtur. Herba perennis (?) habitu T. hybridi; corolla parva, calyce paulo longior, albida, apice sordide purpurascens; legumen longitudine calycis, corolla tectum, subtrapezoideum, compressum, hyalinum; semina flava, subovata, radicula vix prominula. — Hab. in Louisiana.

66) *Triphysaria F.* et *M.* Calyx tubulosus, 4-fidus. Corolla personata: tubo filiformi; labio superiore indiviso subulato; inferiore tripartito, laciniis saccatis! Stamina didynama, omnia fertilia. Antherae lineares, muticae, uniloculares! Stylus simplex. Stigma oblongum, bilobum. Capsula oblonga, polysperma, bilocularis, bivalvis: valvulis margine liberis; dissepimento parietali placentae centrali adnato. Semina oblonga, aptera; testa scrobiculata nucleo arcte adhaerente.

T. versicolor. Rhinanthacea annua, habitu *Oncorhynchi*; folia elongata, ima basi dilatata semiamplexicaulia, apice pinnati-lobata incisa, sparsa, infima saepe opposita, floralia calyce vix longiora; flores axillares, solitarii, sessiles; corolla alba, dein rosea, tubus filiformis calyce duplo longior, labium superius rectum subulatum, marginibus inflexis, inferius amplum e vesiculis compositum tribus obovatis, lacinula parva erecta apiculatis et in fauce rima longitudinali instructis;

capsula calyce inclusa, semina numerosa, parva, nigricantia. — Hab. in Novae Californiae portu Bodega. ⊙.

67) *Tubilium siculum. Erigeron Lam.*; *Conyza W.*; *Dimorphanthus Cass.* — *A Conyza* differt pappo duplici, ab *Erigeron.* et *Dimorphantho* stigmatibus deorsum arcuatis, antheris basi caudatis, nec non pappi indole; habitu et fere omnibus characteribus genericis cum *Pulicariis* convenit, praeter flosculos foemineos tubulosos, sed ea ipsa nota Tubilium a Pulicaria distat.

68) *Valerianella plagiostephana.* V. (§. 4.) fructibus puberulis sublinearibus curvis fertili dorso rotundato aequilatis; corona campanulata oblique truncata edentula. — Simillima (*V. cymbaecarpae*, si coronam haud dentatam praetermittas. — Humilis, apice divaricato-ramosa, habitu *V. coronatae* et *V. Locustae* similis, glabriuscula; folia integra vel basi incisa; corymbi densiflori; bracteae lineares, glabrae; corolla minuta, albida. — Hab. in campis altiorum montium Talüsch. ⊙.

69) *Valerianella sclerocarpa.* V. (§. 2.) fructibus distantibus pubescentibus linearibus subtetragonis, dorso planis, antice sulco notatis, basi gibbis, loculis binis sterilibus fertili vix angustioribus fungosis basi cristatis; corona campanulata tridentata: dente intermedio ovato, laterali longissimo lineari, altero obsoleto. — Annua, pubescens, habitu ad *V. uncinatam* accedit, vel (in statu fructifero) faciem Euclidii syriaci quodammodo simulat; folia grosse dentata vel saepe incisa; flores distantes; bracteae lineares, glabriusculae; corolla albida; stamina exserta. — Hab. cum *V. plagiostephana.* ⊙.

70) *Veronica tubiflora.* V. (*Leptandra*) glabra, erecta; foliis sparsis sublinearibus acutis argute serrulatis; racemo terminali densifloro; corolla tubulosa calyce 5-partito multo longiore. — Perennis, sesquipedalis, glabra vel apice subpubescens; folia angusta, linearia vel lineari-lanceolata, omnia

sparsa; bracteae lineares vel subulatae, pedicello vix longiores (praeter infimas); calyx brevis, saepe purpurascens, laciniis inaequalibus lanceolatis subglabris; corolla coerulea, tubulosa, calyce multo longior, laciniis limbi 4-fidi oblongis obtusiusculis; capsula parva, oblonga, glabra; semina minuta elliptica fuscescentia. Hab. in pratis humidis Dahuriae. ♃.

71) *Vicia hyrcanica.* V. (§. 2.) annua, subglabra; stipulis notatis lanceolatis integerrimis; foliolis (12—18) oblongis sublinearibusve emarginatis mucronulatis; floribus subgeminis calycis obliqui lobis setaceis adscendentibus tubo sublongioribus, vexillo (amplo) glabro; leguminibus glabris oblongis subhexaspermis patentibus; seminibus subglobosis, hilo brevi. — *V. Biebersteinii Meyer. Enum. pl. cauc. casp. No.* 1301. (*excl. syn.*). — *V. tricolori* proxima, sed stipulis lanceolatis, floribus unicoloribus flavescentibus et vexillo ampliore diversa; a *V. sordida*, *V. Biebersteinii* (*V. sordidae potius var.*) et *V. grandiflora* distinguitur hilo brevi, vix quintam partem ($^1/_5$), non duas tertias partes ($^2/_3$) peripheriae seminis occupante; a *V. lutea*, *V. hybrida* et *V. pannonica* differt glabritie omnium partium; a *V. sativa*, *V. laevigata*, *V. cordata* et affinibus facile dignoscitur calyce obliquo, lobis calycinis adscendentibus et vexillo ampliato. — Hab. in montibus Talüsch. ☉.

g) Index seminum, quae pro mutua commutatione offert hortus botanicus Vratislaviensis 1835. 4to. (horti director C. G. Nees ab Esenbeck; hortulanus Dr. Schauer).

1) *Asteracantha longifolia* N. ab E. in Wall. pl. asiat. rar. III. p. 90. *Barleria longifolia* L. Willd. *Barl. hexacantha* Bertol.

2) Distinguitur *Benincasa cerifera* seminibus marginatis a B. *cylindrica*, quae seminibus immarginatis gaudet; sed

in eodem peponio semina multa hoc anno reperimus cum marginis vestigio sat manifesto inter alia plane immarginata. *Schauer*.

3) *Carex Ecklonii* N. ab E. Cyper. Ecklon. in Linnaea X. 2. p. 203. n. 2.

4) *Carex secalina*. Varietas *β*: spiculis ♀ subternatis. N. ab E.

5) *Corispermum polygaloides* glabrum, foliis ellipticis uninerviis mucronulatis, parastemonibus subquinis ovario multo longioribus, floribus subpentandris, caryopsi glabra alato-marginata rostellata. *Fischer* et *C. A. Meyer in Ind. Sem. H. Petrop.* 1834. *p.* 24. In montibus Talüsch invenit hanc speciem reverend. Hohenacker ⊙. d.

6) *Danthonia* (Subgen. Pentaschistis) *glandulosa* Schrad.: D. culmo glabro, foliis vaginisque sparsim cyathiformi-glandulosis pilosisque aut glabriusculis, panicula densa contracta basi angusta subglandulosa, spiculis bifloris, flosculis glumis duplo brevioribus glabris aut inferius puberulis basi barbatis, seta valvulae inferioris interiori valvulam aequante aut breviori, lacinula exteriori minima, arista glumas duplo excedente. — Pentameris glandulosa *N. ab E. in Linn.* VII. 3. p. 310. *Kunth. En.* I. *p.* 316. — Danthonia glandulosa *Schrad. Anal. ad. Fl. Cap. in Schult. Mant.* II. *p.* 385. — Crescit in Promontorio bonae spei; ad Waterfall prope Tulbagh alt. II—V. (Worcester). In montibus Ceederberge alt. V. (Klein-Namaqua-Land.) Drège n. 2579 b., et in montibus Witteberge alt. IX. Drège, n. 2587. (Cannalande.) Floret Novembri et Decembri. ⊙.

7) *Eragrostis Namaquensis* N. ab E.: E. diandra, panicula composita et supradecomposita oblonga stricta densiflora, ramis aequidistantibus alternis mediisve subverticillatis brevibus spatio a basi divisis erecto-patentibus strictis ambitu ovato-oblongo, axillis nudis, spiculis confertis longiusculo-pedicellatis lineari-ovalibus 4—8-floris hyalinis pur-

pura variegatis, valvula inferiori obtusa trinervi nervis valde prominulis, superiori valvula nuda ad carinas laevi, caryopsi oblonga laeviuscula, culmo erecto simplici, foliis linearibus planis scabris, ligula imberbi.

Variat panicula angustiore simul et laxiore fere lineari. (Drège n. 2569. b.) — Patria: Promont. bonae spei; ad ripas Garip fluminis solo argillaceo-sabuloso alt. I. (Gross Namaqua-Land) et in ripa Key fluminis legit Drège n. 2569. a. b, et 8121.) — Floret a Junio in Septembrem. — Ab *Er. tenuissima* Schrad., cui inter omnes maxime affinis est, differt panicula densiori minus verticillata ramis longioribus haud ita verticillatim patentissimis, sed angulo acuto patentibus, neque a basi sed paulo ulterius divisis, spiculis magis imbricatis neque pedicellis longiusculis praeditis atque patulis; alia ut taceam.

8) *Erianthus Ecklonii* N. ab E. — E. paniculae contractae ramis fasciculatis angustis attenuatis a basi dense ramosis ramulis brevibus, spiculis solitariis geminisve inaequaliter pedicellatis, involucro brevi, glumis lanceolatis ad medium patulo-villosis attenuatis, superiori acuta inferiori subbidentata, vaginis glabris, foliis planis latiusculis margine serrulato-scabris, arista glumas aequante. — Promontorium bonae spei; in sylvis alt. III. montis Chami (Terrae Caffrorum) legit Ecklon. Floret Junio. ♃.

9) *Euphorbia Szovitsii*, exstipulata, annua, glaberrima, caule erecto, verticillo 3—5 radiato, radiis elongatis dichotomo-ramosissimis, foliis omnibus conformibus sessilibus coriaceis lineari-oblongis obtusis integerrimis, calathiis (floribus L.) axillaribus solitariis sessilibus: appendicibus truncatis, coccis distinctis dorso carinatis subtuberculatis, seminibus tetragonis rugosis. *F. et C. A. M. in Ind. sem. H. Petrop.* 1834. *p.* 27. Hab. in Persia boreali, in Armenia et in montibus Talüsch. ⊙. d.

10) *Lupinus microcarpus* Sims., Semina e Chile retulit nobisque cum multis aliis benigne tradidit cl. *S. Scholz*, mercator.

11) *Tetrapoma.* Genus e Cruciferarum ordine sane curiosissimum silicula substipitata 4-*valvi*! Characterem generis vide in Ind. Sem. h. Petrop. 1834. a cl. *Turczaninow* expositum. *T. barbareaefolium Turcz.* ibid. *Camelina barbareaefolia*. D. C. Prodr. I. 201. Hab. in Dahuria. ♂. d.

12) *Tillaea rubescens* H. B. Kth. Semina e Chile nobis transmissa sunt.

13) *Tricholaena Schrad.* Spiculae polygamae, homogamae, biflorae. Glumae duae, membranaceae, villosae; inferior minima, aut in annulum villosum altero latere lobulatum deliquescens; superior flosculum inferiorem aequans, mucronata aut infra apicem bifidum setigera. Flosculus inferior masculus aut masculo-neuter; valvula inferior glumae superiori simillima, alteram spiculae uniflorae glumam fingens; superior minor, bidentata, stamina arcte involvens. Flosculus superior hermaphroditus, masculo minor, valvulis chartaceis, inferiori a latere emarginulata. Lodiculae obconicae, angustae, exiguae. Stamina tria. Caryopsis flosculi valvulis induratis tecta. — Inflorescentia: panicula capillaris, ramis gracilibus solitariis fasciculatisve, pedicellis articulo phialiformi medio a spicula solubili terminatis, maturo fructu spicula integra a pedicello suo soluta avolat seriusque demum flosculum seminiferum dimittit.

Differt a Panicis lachnanthis aliisque cunctis hujus Familiae generibus: gluma superiori valvulaque flosculi sterilis inferiori mucronatis aut revera *setigeris*, praetereaque et valvula superiori masculi floris per se quidem lata at saepe convoluta genitalia amplectente. — *Antenanthia* P. de B. distinguitur valvula superiori flosculi masculi rigidula bipartibili inferiorem, et flosculo fertili glumas aequante.

